




**Posnaniensium assertionum de Christi in terris Ecclesia,  
quaenam et penes quos existat : propositarum in Collegio  
Posnaniensi, à Monachis novae societatis, Quam illi  
Societatem Iesu, non sine blasphemia nominant, nisi fortè  
unius Iudae Iscariotae posteri, ad haeredes haberi velint,  
analysis et refutatio.**

<https://hdl.handle.net/1874/432347>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


2. oct.

282











Miscellanea Theologica

Octavo n°. 282.





*gll*

# POSNANIE SIVM ASSERTIONVM DE CHRISTI IN TERRIS Ecclesia, quænam & penes quos existat: propositarum in Col- legio Posnaniensi, à Mona- chis nouæ Socie- tatis,

Quam illi Societatem Iesu, non sine blasphemiano-  
minant, nisi fortè vnius Iudæ Iscariotæ posteri,  
ac hæredes haberi velint, ANALYSIS  
& REFUTATIO.

PER A. SADELEM.

Augustinus de Oper. Monach. cap. 28.  
*Tam multi hypocrita sub habitu Monachorum usque-  
quaque dispergi circumeunt prouincias, nusquam missi,  
nusquam fixi, nusquam stantes, nusquam sedentes.*



*ad hoc hoc est*  
GENEVAE,  
APVD IACOBVM CHOVENT.

. LXXXIII.

卷之三



ILLVSTRI ET MA-  
GNIFICO DOMINO D.  
Stauillao Comiti à Gorka, Palatino  
Posnaniensi, Capitaneo Buscensi,  
Kolensi & Vscensi & Orthodoxa-  
rum Ecclesiarū in Polonia Maiore  
summo fautori & protectori. S.

**N**E C satiari impudentia, <sup>Contr. Mas-</sup>  
nec Insipiētia repleri po- <sup>salian.</sup>  
test: inquit Epiphanius:  
quod quām verū sit, per-  
spicuū esse potest, ex recētioribus istis  
Monachis, qui iā se penumero de Eccle-  
sia disputātes, & ab Ecclesię reformatę  
doctoribus refutati, eandē nihil homi-  
nus quæstionem, totidem propemodū  
verbis, quotidie reponūt. Nobis verò  
minimè tacēdum esse arbitramur, yt,

A. ii

quam satiare non possumus, saltem refutemus impudentiam: & ita Monachalis insipientia, quæ repleri non potest, ante omnium oculos constituta, magis magisque redarguatur. Itaque quum ad nos peruenissent Assertiones de Ecclesia, propositæ Posnaniæ à Monachis nouæ Sodalitatis in quibus illa ipsa argumenta repetuntur, quæ iam pridè ab aliquot aliis eiusdem Sodalitatis Monachis fuere nostris Ecclesiis objecta, ad quæ ipsi etiam ante aliquot annos respondimus: rogarunt nos nonnulli adolescētes Theologiæ candidati, ut respositionem illam nostram ad has quoque Assertiones accommodaremus. Eorum studia quum nobis propositum sit, pro virili parte, adiuvare nostram hanc operam, quantula cunque est, illis denegare non potuimus: ac propterea ipsarum Assertionū *ανάλυσιν* cōfecimus: tum vt ea ratio ne

ne faciliūs intelligatur , ecquam vim  
habeant Monachorum argumenta:  
tum vt adolescentes rerum sacrarum  
studiosi hanc ipsam methodum ( si qui  
dem illis commoda videbitur ) adhi-  
beant ad discutiendas, refellendāsque  
Monachales eiusmodi Theses, quibus  
identidem proponēdis recentiores isti  
Monachi maximoperè delectantur.  
H V N C autem libellum nostrum,  
Illustris & Magnifice Domine , vt  
Tuæ D. offerremus, fecit, cum summa  
illa tua pietas atque humanitas , tum  
quòd illi ditioni in qua audio Mona-  
chos istos Assertores nunc cōmorari,  
Tua D. præfecta est. Evidem non du-  
bito , quin pro singularibus illis donis  
quibus te Deus exornauit, nobis etiam  
tacentibus, facile ipse despicias, quāto  
in errore versentur ij qui veram Eccle-  
siam rebus externis metiūtur: sed eum  
laborem qui rudiorum causa susce-

ptus est, Tuę D. non ingratū esse spero  
& confido. Atque utinam tanti fiat  
ab istis Monachis vestra authoritas, vt  
deinceps in scribendo à maledictis ab  
stineant, iis pr̄fertim quibus non ve-  
rētur proscindere fœlicissimā D. Lu-  
theri memoriam, quem illi in suis Af-  
fertionibus superbissimū bipedū (hæc  
enim sunt eorum verba) maledicē ac  
contumeliosē appellant. Nec enim ve-  
ritatis cognitio maledictis, sed potius  
Scripturæ firmamentis comparari de-  
bet. At nos, vt non planè dissimulauim-  
us rerum maledicentiam, ita conui-  
tiis certare noluimus, ne extra cancel-  
los Theologicæ disputationis vagari  
& istorum Monachorum similes esse  
videremur. Quamobrē Illustris & Ma-  
gnifice Domine, Peto à Tua D. vt  
hanc Monachalium assertionum re-  
futationem ipsi oblatam, pro sua hu-  
manitate & quo animo recipiat: & do  
ctrinam

Estrinam veritatis , quam nos esse asse-  
rimus , magis ac magis amplectatur ,  
cuius columnam & stabilitamentum  
Apostolus Ecclesiam esse dixit : non <sup>1.Timoth. 3.</sup>  
eam certè quę variis hominum com-  
mentis ac mendaciis addicta est : sed  
quę fidem suā è sacris literis , hoc est ,  
ex solo ipsius veritatis sacrario depro-  
mit. Deus Opt. Max. Tuam D. suo  
Spiritu regat & in columnem diutis-  
simè conseruet. Ex iusæo nostro die.  
16.Martij.Anno D.1583.

Tuæ D. obseruantissimus.

A. Sadeel.

A. iiiij.

V. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 999. 1000.



## THEISIS I.

Quanti ad salutem omnium intersit,  
 quāna & penes quos sit Ecclesia Christi  
 intelligere, Patrum maiorūque do-  
 cent monumenta, & sacrarum litera-  
 rum volumina demonstrant, in quibus tam honori-  
 fica ubique eiusdem sit mentio, ut sāpe Christi Cor-  
 pus<sup>a</sup>, nonnunquam sponsa<sup>b</sup>, interdum etiam colum-  
 na & firmamentū<sup>c</sup> veritatis appelletur: quin etiam Ephes. 1.23.  
 alicubi tantum eidem tributum legitur<sup>d</sup>, ut qui & 4.  
 eam audiat Christum audiat: <sup>e</sup>qui verò non audiat Ephes. 5.23.  
 pro Ethnico habeatur & Publicano. adeò ut mini-  
 mē mirum sit non modò Catholicos, qui in Ecclesia, Ephes. 9.26.  
 sicut etiam in scripturarum possessione iam pridem Apoc. 19.7.  
 prescripserunt, sibi Ecclesiae nomen & autoritatem <sup>f</sup>1.Tim.3.15.  
 usurpare: sed etiam hereticos, qui circa fidem nau-  
 fragauerunt, <sup>g</sup>& vera Christianitatis nihil præter Luc.10. 6.  
 ipsum nudum & inane nomen retinent. Hoc sane <sup>h</sup>Mat.18.17.  
<sup>i</sup>1.Tim.1.19. Tertulliani temporibus accidisse legimus. Faciunt c.5.  
 fauos & vespa, ait ille, faciunt Ecclesias & Marcio-  
 nitæ. Lactantius<sup>j</sup> quoque scribit singulos quoisque <sup>k</sup>L.4.divin.  
 cœtus hereticorum se potissimum Christianos, &  
 suam esse Catholicam Ecclesiam opinatos. Et ante <sup>l</sup>Epiſtol. ad  
 eum Cyprianus<sup>m</sup> de Novatiano memoria prodidit, Lubai mem-  
 quod more simiarum (quaे quum homines nō sint ho in princ.  
 mines imitantur) quum ipse in Ecclesia nō esset, imo  
 Ecclesiae & religionis acerrimus hostis, hoc tamen  
 sibi vendicabat, ut apud se Ecclesiam esse diceret. I-

¶ L. De vni dem de Donatistis Augustinus, de Apostolicis  
 late Ecclesiis Bernardus, 1 de omnibus in uniuersum hereticis  
 c. 12. post init. Irenaeus in antiquissimus author scriptum reliquit.  
 & Li. de Pa. Nostris autem temporibus rem ita se habere, & vi-  
 1 Serm. 66. demus & dolemus, quibus non iam una aut altera  
 in cant. hereticorum familia, sed tot secta inter se de religio-  
 nis cōtra ne pugnantes, quot nunquam post hominum me-  
 moriam extiterunt, Ecclesiam sibi singula pertina-  
 cissimè vendicant, in qua tamen eos opinione falli,  
 & non ad veram Ecclesiā pertinere, sed, ut de No-  
 n. Epistola. uianis n. Pacianus loquitur, ad insolentem ali-  
 ad Sympro- quam portiunculam tubérque collectum, & à reli-  
 uianum. quo corpore separatum, nobis in animo est in presenti  
 disputatione, quantum consueta Thesum breuitas  
 patietur, demonstrare.



## ANALYSIS ET REFUTA- TIO ASSERTIONVM DE CHRI- STI IN TERRIS ECCLESIA, QUÆNAM & PENES QUOS EXISTAT, PROPOSITARUIN IN COLLEGIO POSNA- NIENSÌ A MONACHIS NOVÆ SODALITATIS.

### CAPVT I.

*Analysis prefationis Assertoris, Thes. 1.*

Eph. 1.

Eph. 5.

Ep̄. 4.

I. Timoth. 3.

Luc. 10.

Matth. 18.

**Q**uæritur, quænam & penes quos sit Ec-  
clesia Christi: quæ in Scriptura dicitur  
corpus & sponsa Christi, columna & firma-  
mentum veritatis, quam qui audit, Christum  
audit, qui vero non audit, pro Ethnico haben-  
dus

dus est: & quam non modò Catholici, sed etiā *Tertull. cont.*  
 hæretici sibi vendicare solent: vt patet ex ve- *Marc. Cypr.*  
 terum Doctorum scriptis. Nobis autem in *ad Iubaian.*  
 animo est demonstrare, Protestantes ad veram *Aug. de v-*  
*mit. Ed. &c.*  
 Ecclesiam non pertinere.

## EIVSDEM REFUTATIO.

**I**N hac Præfatione voluit Assessor propone-  
 re τὸ ξητούμενον totius huiuscē disputationis.  
 Quū autem Ecclesiæ nomen non solum Orthodoxi sibi vendicare, verum etiam hæretici sibi arrogare soleant (cuius rei multas assert probationes, atque utitur in re non dubia testibus non necessariis, & est ex eorum numero qui dicebant τὸ μὲν ὥραργον, ἵππον ἀς ποικίλα) veram Christi Ecclesiam nobis ita describit, vt ea sit Ecclesia Christi, quæ dicitur in Scriptura, Corpus Christi, Sponsa Christi, columna & firmamentum veritatis, quam qui audit, Christum audit, qui non audit, pro Ethnico habendus est. Hic autem non possum non admirari vim ipsius veritatis, quæ tanta est, vt sœpe cogat aduersarios, nihil tale cogitantes, Assessor s̄t id affirmare maximè, quod maximè negare volunt. Nam quum veram Dei Ecclesiam ex puritate doctrinæ & ex Scriptura dignoscendam esse dicimus: insurgunt Pontificij, & Ecclesiam nobis ex symbolis visibilibus & externis discernendam esse contendunt: atque in hoc uno cardine tota hæc Assessoris disputatio vertitur: vt ex sequentibus fiet manifestum.

*Athen lib. 5.*

*tim in istio se-  
psum impra-  
dens refellit.*

At ille ipse in hac præfatione cogitur eam demum statuere veram Ecclesiam, quæ ex verbo Dei dignosci potest: atque hoc illud est quod affirmamus, & quod iste Assertor centies in sequentibus negaturus est. Iam si vera Ecclesia est corpus Christi, ut præfatur, vitam igitur haurit ab uno Christo: Si est Sponsa Christi, vocem igitur solius sp̄ōsi audit: si est firmamentum veritatis, reiicit igitur errores, & complectitur ea quæ sunt veræ doctrinæ consentanea: quæquidem omnia ad veritatem dogmatum pertinēt. Quorsum ergo, mi Assertor, disputationes de Ecclesia toties à vobis repetitæ? Semel nobis probate, illa dogmata quæ Romana Ecclesia profitetur, habere fundamentum in Scriptura: ac tum ne vnum quidem verbum vobiscum cōmutabimus. Vos autem, prætermissa quæstione de dogmatibus & capitibus fidei inter nos controuersis, vnam de Ecclesia quæstionem proponitis: vnam hanc vrgetis. At enim ex hac tua præfatione ita ratiocinor. Vestra Ecclesiæ dogmata aut sunt consentanea Scripturæ, aut non sunt. Si non sunt, vestra igitur Ecclesia non est Ecclesia Christi, ex tua præfatione. Si sunt, hoc verò docete: ac tum visceritis. Nam perinde facitis, vt si quis de hæreditatis iure cum alio cōtenderet, ac magna vocis cōtentione perpetuò clamaret, se hæredem esse, tabulas autem nunquam exhiberet. Quin tu, si hæres es, profer tabulas: ac tum tegere pro hærede. A tabulis igitur, hoc est, à Sacris literis initium faciendum est: & dispiciendum: vtrum Ecclesiæ

Ecclesiæ Romanæ dogmata cum Scriptura conueniant.

Porrò dum nobis aperis Scripturæ fontes, *Locos Scri-*  
 ex quibus Ecclesiam describis: ipsos suis locis *pture non o-*  
 non satis appositi vslupas. Nam esse corpus, & *mnes satius ac*  
*sponsam Christi: & esse firmamentum verita-*  
*citauit.*  
 tis: illa, inquam, pertinent ad Ecclesiam vni- *Ephe. 1. & 5.*  
 uersam, quam maiores nostri Catholicam di- *1. Timoth. 3.*  
 xerunt. Hæc autem Christi verba, Qui vos au- *Matth. 10.*  
 dit, me audit, referuntur ad ministros Euange-  
 licæ prædicationis. Deniq; verba hæc Christi: *Matth. 10.*  
 Dic Ecclesiæ: qui Ecclesiam non audierit, sit  
 tibi tanquam Ethnicus & Publicanus, de Ec-  
 clesiastica disciplina in singulis Ecclesiis obser-  
 uanda intelligenda sunt. Itaque quū Esse in Ec-  
 clesia Catholica, & Esse partē Ecclesiæ Catho-  
 licæ non idem sint, atque Esse Ecclesiā Catho-  
 licā: sequitur, μίσος istud tuū non esse ἀκάον. Atq;  
 vt illud magis sentias: ecce, arma illa quæ sum-  
 pisti aduersus Protestates, tibi de manibus ex-  
 torqueo, ac tuo te gladio ita iugulo.

Ecclesia quæ dicitur in scriptura corpus, &, *Retorquetur*  
 sponsa Christi, columna & firmamentum ve- *argumentum*  
 ritatis (ita proponente Assertore) est Christi *Assertoris in*  
 Ecclesia. *ipsius caput.*

Ecclesia Romana nec est corpus Christi (quippe quæ solum Christum caput non agnoscit)  
 nec est sponsa Christi (quippe quæ solius Christi vocem non audit, sed humanis decretis addi-  
 eta est) nec est columna & firmamentum veri-  
 tatis (quippe quæ variis hominum erroribus &

commentis adhæret.)

Quare Ecclesia Romana non est Christi Ecclæsia. Negas assumptionem huius argumēti? Ergo ab his capitibus exordiri disputationem oportuit, vt vbi vel in vos ista falso dici, vel esse vera probassetis quæ nobis attribuitis, tum de-  
mum consentaneè & *κατὰ τοὺς παῦλούς* Eccle-  
siam non penes nos, sed penes vos esse conclu-  
deretis.

*Responso ad Veteres Doctores quos Assertor nobis obicit, alias res agens.* Porro magna illa veterum Doctorū acies quā tibi videris aduersus nos instruxisse, nihil nos lēdit: imò, ne ad nos spectat quidē. Reprehēdūt enim veteres illi hæreticos perperā sibi nomen

Ecclesiæ tribuentes: cuiusmodi fuérunt Mar-  
cionitæ, Nouatiani, Valentiniæ & alij consi-  
miles, qui nec in Filium Dei nobis in Euange-  
lio exhibitum credebāt: nec libros Canonicos,  
ita uti decet, recipiebant: quos quidem omnes  
itidē detestamur, & quibuscū, vt cum aliis mul-  
tis seu veteribus seu recentioribus hæreticis

quicquam esse nobis communè nunquam euin-  
cetis. Etenim vñā cum veteribus Orthodoxis

*Explicatur Veterum senatentia ex ipso scriptis.* damnamus omnes, quorum doctrina cum A-  
postolica comparata, ex diuersitate & contra-  
rietate sua pronunciabat, neque Apostoli alicu-  
ius authoris esse neq; Apostolici: (inquit Ter-  
tullianus: qui eos etiam vocat Scripturarū luci-  
prescript. hæ fugas) qui quum non eundē cum Orthodoxis  
ret. *de Re Deum Patrem*, nec eundem Filium Christum  
*surr. Caro.*

de virginе Maria natum agnoscerent, nihil erat  
apud illos nisi persidia, blasphemia & conten-  
tio, sanctitatis & veritatis inimica (inquit Cy-  
prianus)

prianus) ut qui ea quæ proponebant non Scri- *Ad Iubaiā.*  
 pturis Sanctis, sed suis contentionibus persua-  
 dere conarētur (ut inquit Augustinus) qui quū *De unitat.*  
 Scripturis arguerentur, ipsas Scripturas accu- *Eccles. c. 12.*  
 fabant, quasi non rectè haberent nec essent ex  
 authoritate, neque posset ex iis inueniri veritas  
 ab his qui nescirent Traditionem (inquit Ire- *Lib. 3. c. 2.*  
 næus.) Quæ omnia iudicent pij lectores quām  
 perperam Assertor in nos accommodauerit:  
 qui si velit hoc modo ratiocinari: Veteres Or-  
 thodoxi refutarunt veteres hæreticos sibi no-  
 men Ecclesiæ falso tribuentes: Ergo Protestan- *Consequens*  
 tes sunt hæretici, & sibi nomen Ecclesiæ falso *Assertoris i-*  
 tribuunt: nec proponit conclusionem suo illo *neptissimā.*  
 Posnaniensi collegio dignissimam.

## THESES II.

**Q**uod ut commodius fiat, ab eius prima insti-  
 tutione ordiamur, quatenus ea probè perspe- *Ecclesiæ Ori-*  
*cta & explorata, minore negotio catena, quæ de ea - 8°.*  
 dem in diuinis literis cōtinentur, intelligamus. Ec-  
 clesiæ igitur principium & origo secundum varias  
 rationes, ad diversa etiam tempora referri potest. Si  
 enim eandem ut universitatem dicit fidelium, que *In Psal.*  
 nullis sacrificiis, alione externo cultu fidem prodi- *118. concilio-*  
 derit, consideremus, ab ipsis humani generis com- *ne 29. in fine.*  
 munibus parentibus, Adamo nimirū & Eua *L. 5. de Cet-*  
 cum doctissimo August. a initium eius faciemus: *uit. c. 1. à*  
 sin vero de eadem agamus, ut interna huic fidei & *In Psal.*  
 charitati externa quadam signa adhibuerit, eius o- *142. post pri-*  
 riginem cum eodem b Augst. & alijs non inferio- *& Sot. de 14*  
 cob & Esau.

c. Origenes ris note & authoribus<sup>c</sup>, commodius ad Abelem refe-  
 Homil. 2. in remus: ut qui primus signo quodam visibili, obla-  
 Cati post me tione nimis fructum terre, grata in primis &  
 dium.  
 Arnobius in accepta Deo, animum quasi suum testatum posteris  
 Ps. 118. Greg. effect. Sin denique de Ecclesia ut ad noui testamen-  
 Hom. 6. 5. E- ti statum pertinet loquamur: eandem à primis &  
 zech. &c. credentibus vel potius ab Apostolis in die Penteco-  
 Matth. 20.  
 a. In Ps. 71. stes iam igne cælitùs missò diuini spiritus in fide ero-  
 circa med. boratis, & confirmatis ordiemur. Quod Diuus  
 c. In Ps. 49. Augustinus non semel insinuauit. An autem lega-  
 initio. lium tum us mortiferus esse cœperit, subtilius in-  
 uestigare, non est huius loci, neque una omnium ea  
 de resententia patrum fuit.

## THESIS III.

Extra Eccle **I**llud autem certum ac indubitatum est, quocū-  
 sianon est que tempore Ecclesia Christi, (de ea enim in pre-  
 salus. sentia agimus) perfectè constituta, ac Lex eiusdem  
 mortalibus promulgata est, nemini salutem extra  
 eandem unquam obligisse, nec obtingere aliquando  
 posse, adeò, ut qui ab ea exulet, iam mortem cer-  
 tana exitiūque constitutum sibi habeat. Neque  
 Eph. 1. 22. & Eph 4. 4.  
 1. Cor. 12. 27 enim extra Corpus Christi<sup>a</sup> (quo nomine Eccle-  
 siā non semel in diuinis literis appellatur) potest ha-  
 beri spiritus Christi. **Q**uisquis autem piritum Chri-  
 tī non habet, hic non est eius. Neque etiam extra ar-  
 princip. cam (cumqua D. Petrus Ecclesiam aptissimè contu-  
 d. In epistola lit.) quisquam salutem adeptus est: in quam senten-  
 so. in fine.  
 tiā plurima Cyprianus, Angustinus, Gregorius a-  
 Lib. 14. Mo. val. c. 12. cir- lique patres doctissimè differuerunt. Ex quibus li-  
 ca medium, quidò patet, quid de hereticis sentiendum sit, quos  
 extrā

*extra Ecclesiam esse parabola de reti l quod p̄e mul- I Luc. 5. 6.  
titudine piscium scindebatur, & illud Apostoli, Cir-  
ca fidem naufragauerūt m, & denique pulcherrima  
illa Ioannis sententia: Ex nobis prodierunt, sed non  
erant ex nobis, clarissimè significarunt.*

*m. T. i. 1. 19.  
n. 1. 10. 2. 15.*

## C A P V T I I.

*Analysis Thes. 2, & 3.*

**E**cclēsia, vt significat vniuersitatē fidelium *Assertor pro-*  
quæ nullis sacrificiis externoque cultu fi- *ponit varias*  
dem prodidit, ab Adamo initium habet: vt au- *origines Ec-*  
tem significat eam vniuersitatem fidelium quæ *clesiae.*  
internæ fidei & charitatis externa quædam si-  
gna adhibuit, eius initium ad Abelē referen-  
dum est: Si loquimur de Ecclesia vt ad Noui  
Testamenti statum pertinet, eam à primis cre-  
dentibus, vel potius ab Apostolis in die Pente-  
costes à Spiritu Sancto roboratis, ordiemur.  
Quocunque autem tempore Ecclesia Christi  
de qua nunc agimus perfectè cōstituta sit, cer-  
tum est extra Ecclesiam Christi nemini vñquā  
salutē cōtigisse: quippe quæ sit corpus Christi,  
& quam cum arca Noe Petrus aptissimè com-  
parauit.

Ergo hæreticis spes salutis nulla esse potest,  
extra Ecclesiam constitutis. Id quod patet ex  
parabola retis, quod p̄e multitudine piscium  
scindebatur. Item, ex his verbis: Circa fidē nau-  
fragauerunt: Item, ex hoc loco Ioannis: Ex no-  
bis prodierunt, sed non erant ex nobis: Is qui  
Spiritum Christi non habet, is non est eius.

B. j.

## EARVNDEM REFUTATIO.

**T**amen si quæ concludit Assessor de hæreticorum exitio nihil ad nos pertinent: quia tamen totum hoc argumentum scatet erroribus, nobis illud etiam excutiendum est. Posteaquam præfatus est, non modò Orthodoxos, sed & hæreticos ipsius Ecclesiæ nomine gloriari: ac sibi in animo esse dixit demonstra-

Satis ne re-re, Protestantes ad veram Ecclesiam non pertinet Assessor tinere: suam illam demonstrationem quam nostram demon bis pollicitus est, ausplicatur ab origine Ecclesiæ de qua tamen cum variè & titubanter locutus.

Errores super à falsa discerneretur, & sublatis fallaciis r̄ns opus-  
rioris arg. re-  
cipiuntur, vera Ecclesia omnibus pateret: operæ pre-  
consentur.

tium fuit initio veram Ecclesiam definire, ex legibus r̄s πνδέως, & scientiæ differendi, quā noui isti Academicī sibi propemodū solis ven dicant. Noster autem Assessor varias tantum profert origines Ecclesiæ: ne Christianam Ecclesiæ, de qua tamē se disputaturum esse profitetur, usquam definit: quod differendi genus

Assessor Ec & nouum est, & (quod Assessoris totiusque clasiæ de qua collegij Posnaniensis pace dictum velim) a mis-  
dissit non  
definit.

Quum autem sine Definitione tanquam sine veritatis filo, in hunc disputationis labyrinthum sit ingressus, mirum non est eum dubium & incertum perpetuò vagari, ut in sequentibus videbimus. Sit igitur hic primus error παρὰ τὴν ἀγνοιαν τετράγωνον, adeoque ipsius r̄s πνδέως.

Alter hic est error, quod vnius eiusdemque rei

rei varias profert origines. Nam vnius & cius-  
dem rei vnam & idem principium constituendū est: varietas autem externi status, non est  
origo ipsius rei: neque sunt externa accidentia  
cum ipsa rei substantia confundenda. Quare si  
Ecclesiam vnam esse credimus ( vt profitemur  
in Symbolo ) vnum quoque cius initium sta-  
tuendum est, non plura: nec variæ dispositio-  
nes Ecclesiæ, tum sub veteri, tum sub Nouo Te-  
stamento, multas aut varias Ecclesiæ effecerūt.

*Symbol. Ni-  
cen.*

Tertius error in eo positus est, quod nimis  
præcisè afferit Adamū ita credidisse ut fidē suā  
nullo externo cultu prodiderit. Licet enim pri-  
ma sacrificij & oblationis mētio fiat in Abelis *Exponuntur*  
& Caini historia (id quod Veteres, quos Affer *Veteres ci-  
tor citauit, intellexerunt) tamen inde facilē col-  
ligi potest, Adamum externo pietatis cultu mi-  
nimè caruisse, ut qui liberos docuerit externos  
illos sacrificij & oblationis ritus, quorum ibi  
fit mentio. Nec sum nescius quosdam ex vete-  
ribus existimasse, Abclē, sola cōscientia duce, *An Ad  
suam p̄m̄us  
testatu ietat̄g*  
sacrificium obtulisse Domino: sed Adamum *ternis s̄ sit ēx  
bus.*  
non fuisse illa ipsa conscientia præditum, nec  
verum est, nec verisimile: & grauissimæ sunt  
eorum rationes qui aliter censem: adeoque qui  
sunt in hebraicis literis excitati, vrgēt verbum  
Adducēdi, quod illiç usurpatur: qua de re plura  
nunc dicere non est huius loci. Hoc tantū  
quæro ab Assertore, quum Adamus diu mul-  
tumque post mortem Abelis vixerit, ad quam  
nam Ecclesiam existimet tum Adamum per-  
tinuisse.*

*Iohn 4.2.*

Quartus error hic est, quod non satis constitutum habeat equonam tempore Ecclesia Christiana initium habuerit, & an cœperit à primis credentibus: an verò à die Pentecostes, quod tamen posterius ait se malle. Atqui hæc dubitatio est, non Assertio: ac propterea nulla inde effici potest demonstratio. Nec satis iste videt in quos se laqueos induat. Nā si Christiana Ecclesia tunc deum originem habuit, quum Spiritus Sanctus descendit super Apostolos die Pentecostes: ergo ante illum diem ipsi etiam Apostoli ad Ecclesiam Christianam non pertinebant. Item, qui baptizati sunt ab Apostolis ante illum diem, non erant de Christiana Ecclesia. Et rursus, Sacra illa Cœna quā Dominus ipse cum Apostolis celebrait, non erat ad Christianam Ecclesiā referenda, ac proinde fuit tempus quum Baptismus & Sacra Cœna ad aliam quā ad Christianam Ecclesiam spectarent: quæ omnia noster hic Assertor apud se reputabit, vt videat, satis-ne rectè & Theologicè asseri possint.

Quintus hic est error q̄ secum ipse pugnat in postrema parte Antecedentis. Nam si extra Ecclesiam Christi nemini unquam salus contingit, sequitur, Adamum, Abelem, & pios maiores qui ante Christum exhibitum vixerunt & de quorum salute non dubitamus, non fuisse in Ecclesia Christiana: ac proinde Assertorem frustra laborasse in variis Ecclesiæ initiis recensem dis. Rursus, quia dixit. Eam Ecclesiam quæ cœpit ab Adamo, sola interiori fide & charitate consti-

*Assertoris re  
pugnantia.*

constitisse sine vllis externis ritibus: si ita est, in de colligo, aliquam Ecclesiam Christianā pro ferri posse externis ritibus nō astrictam, quod quām alienum sit ab Assertoris proposito postea videbimus.

Quod citat Assertor ex Luca de captura pis- Expeditum  
cium quæ tanta fuit ut rete disrumpetur, & loci Script.  
de hæreticis intelligit, nō conuenit istarū The- citati & re-  
fiū inscriptioni. Nec enim Assertiones Thco-  
logicæ fieri debent ex allegoriis. Quare nos al-  
legoricum hoc argumentum in caput Asserto-  
ris reiiciamus hoc modo.

Si rete quod disrumpebatur significabat futuros hæreticos qui Ecclesiā disrumperent (ut ait Assertor ~~et non p̄petui~~) Ergo falsum est quod ille ipse Assertor paulò post dicit. Multitudinē esse vnam ex veris notis Ecclesiæ, & hæreticos ab ipsa paucitate redargui: quādoquidem rete præ multitudine disrumpebatur.

## THESES IIII.

**Q**VO magis mirandum est quodā his nostris a Pacifica-  
temporibus existere, qui Atheorum more, distores apud  
fensionum, que ob fidem suscipiuntur, nullam partē Sæderū L. 7.  
de Monarch.  
curant: b alios qui vnicuique salutem propositam ar- visib. P. 733.  
bitrantur (Donatistarum quorundā more) qui Sym & Ederū in  
bolum Apostolorum credit, cuicunque demum etiā Mallo h̄er.  
perniciose secte adhaereat: c alios denique, qui om- b in lib. de  
nibus prælixè beatam vitam pollicentur, qui in ne-  
scio quo perfidiæ fundamento conueniunt: sive iij Lu nem Hessells.  
therum sine Zwinglium, sine alium quempiam hæ- c protestates.

refiarcham ut ducem atque principem sequatur, & in grauissimis adeoque precipuis Christiana religio nisi capitibus dissideant.

## THEISIS V.

**Q**VI omnes quam toto, quod aiunt, caelo aberrent, quis non uidet nisi, qui omnino nihil videt? Nam in primis ipsi, qui nihil omnino pensi, quid credant, habent, quam salutis spes, affulgere potest? d Hebr. xi. 9. cum Apostolus dicat. d Oportere accedentem ad Deum credere quod sit, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et rursum iustificatos ex fide, pacem habere ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum inbeat: per quem habemus accessum per fidem in gratiam statim, in qua stamus & gloriamur in spe Filiorum Dei. Qui igitur in Christi rectam fidem quasi in unicam salutis viam non ambulat, ad eternam felicitatem pertinere non poterit. Iam vero qui sibi Symbolum credere sat is esse arbitrantur, minus quidem quam superiores, errant tamen: cum (ut recte f L. 3. De B. ait Diuus Augustinus) fieri possit, ut homo integrum contra verba teneat Symboli, & tamen non recte credat, Donati. c. 15. initio. T. 3. sine de ipsa Trinitate sine aliquid aliud, quod idem est Epist. o. ad D. & C. Cyrilus scribet ad Nestorium clarius explicat. Nestorium. Huc etiam accedit quod si vera haec portentosa opinio esset, nihil Ecclesia auctoritas usque adeo a Christo commendata, nihil Apostolorum constitutiones, nihil Patrum sanctiones, nihil denique conciliorum decreta haberent ponderis aut momenti.

## THEISIS VI.

**S**ed illis, qui omnibus huius temporis hereticis (solis Anabaptistis exceptis quos fanaticos ipsi vocant)

vocant) ad aeternam felicitatem aditum faciunt,  
quo tandem loco ponemus cum Apostolus h[ab]et dicit eo - h Eph. 4.5  
rum, qui saluantur unum esse Dominum, unam Fi-  
dem, unum Baptisma esse debere, quorum nihil in-  
ter illos reperitur. Nam Christus, qui Dominus est,  
quoniam, queso, ratiōne iis unus existit, cum Ioh. he - i Luthers de-  
ranti nonnulli omnipotentiam illi quandam respectus sensione ver-  
humanitatis, dum eam ubique statuant, eidem tr - to. 7. P. 195.  
buunt: Calviniſte & catari omnes contrarium asso- Brentius in  
uerent: cum illi presentiam Christi realem in sanctis Catechiz. c. de  
fima Eucharistia concedant, hi pertinacissime donec Cœna p.  
agent. Circa fidem autem (ut solum de ea quatenus in 660. An-  
ſtificans est loquar) in plusquam sexcentis capitibus in refuta  
dissentient. Baptismum denique illi parvulus Chri- tione oppo-  
ſtianorum prolixè adeò & libenter largiuntur, ut e- ſita necessita-  
tiam nec dum rationis compotes, adū credere fate- ti Physica lo-  
antur, hi autem ut minus necessarium & superfluum Corpore  
iisdem admittant. Christi clari  
ſice. c. 34. P.  
34.

## THESES VII.

**Q**UAE tamen omnia, ne quis fundamento illi  
ſuo, de quo necdum quicquā certi ſtatuere pos-  
ſunt, minimē repugnare cauetur, ac omnes merito  
qui illis ſe totos addixerunt ſalutem ſperare poſſe, if-  
ferā unitas aut alterius verba utriusque partis, que  
ſyncerè dum contra ſe mutuò agunt, & ex animo pro-  
ferunt, quamvis dū aduersus Catholicos decertant,  
hec omnia prudenter, ut illis videtur, ſed renera  
impiè diſimulant. Sic iuri Petrus <sup>a</sup> Martyr loqui  
tatur: Ac primum improbamus, inquit, nouam quorū  
dam opinionem, qui ut Ecclesia tranquilitati conſu-  
B. iiiij. <sup>a</sup> In prefa-  
tione libri co-  
tra Steph. Vito.

lere videantur, non sine periculo amittenda veritatis institutionis Cœna sacre affirmant controversiā Sacramentariam, nihil articulis Fidei aut Symbolis derogare, & quemlibet posse absque fidei & salutis periculo, quam velit amplecti sententiam.

b In proemio refutationis oppositionis oppositae.

Theſſ. 27.  
anno. 45.

c Tomo. 7.  
in defensione  
verborum  
Cœna P. 381.  
& confessio-  
ne fidei edita  
a Lutheris.  
nisi. Anno.  
66. c. 17.

Musculus loquitur, dum Calvini discipulos & sectatores impij atque pernicioſi dogmatiſis propugnatores nominat. Lutherus autem clarissime Hæreticos, inquit, serio censet & alienos esse ab Ecclesia Dei, Zuinglianos & omnes Sacramentarios qui negant Corpus & Sanguinem Christi ore carnalium in venerabili Eu- charistia. Eant nunc igitur, & se Catholicis minime in fundamento dissentire iactent, & sibi inuenient salutem pollicentur tanquam veris Ecclesia membris.

### C A P V T III.

*Analysis Thes. 4, 5, 6, 7.*

**N**emo qui in Christi recta fide non ambulat ad æternā fœlicitatē pertingere poterit. Qui nihil omnino p̄c̄si quid credat habent: Itēmque ij qui sibi symbolum credere satis esse arbitrantur: in Christi recta fide non ambulat. Affertor vero inuehitur (Nā fieri potest ut quis teneat verba Symboli in eos qui nō & tamen non rectè credat.) Quare hi ad æternum curāt, rē ipsa nam fœlicitatē pertingere non poterunt. Non rē ipso, in eos igitur audiendi sunt qui dissencionum quæ obcurant Eccleſia fidem suscipiuntur nullam partē curant, & omnibus vitam æternam pollicentur, siue Lutherum, siue Zuinglium, siue alios hæresiarchas secūtentur,

Etentur, qui nec vnum Dominum nec vnam fidem, nec vnum Baptisma habent, & in fidei fundamento dissentunt.

## EARV NDEM REFVTATIO.

**M**Aiorē ita exponimus: si cōtumacia ad sit *Superius ar.* & obstinatio. Cæterū & nos detesta- *excitatur.* mur Atheos omnes & quotquot verā Religio- nē contemnunt, nullā suā salutis curam haben tes. Sed ex quibusnam tandem legibus rectè differendi consequi possit, Lutherum & Zwinglium esse propterea hæresiarchas, aut Protestā tes esse hæreticos, qui eo ipso non destiterunt declarare & suam & aliorū salutē sibi lōgē maxi mē curā esse, q̄ cū sui abnegatione, nihil Satanam & mundum reformidātes, Ecclesię Roma næ corruptelis & erroribus renuntiarunt? Sit *Harā Affer* igitur error non huiuscē tantūm conclusionis *līs & cōmu-* sed & harum omnium Assertionum Poſnanicen sis error, *Pc-* *titio Princ-* hic Aſſertor, acſi planē iam antea oſtendifſet *py.* Protestātes esse hæreticos: qua in re nec eruditē differit, nec verē ac Theologicē quicquā aſſerit. Existimamus igitur curandas esse diſſenſiones de fidei capitib⁹ exortas, nimirum vt, adhibi- *Quonam mo-* to Dei verbo, placidē tollantur, non vt augean *do Iefuite cu-* tur, quod vos posteriores monachi faciſtis: & *rent Ecclesię* quoſ vna hæc cura ſolicitos habet, at nouas quo diſſenſiones, tidie diſſenſionum faces per vniuersum terra- rum orbem accendatis. Propterea, mi Aſſer tor, ego vicissim aſſ. ro affirmoque, vestræ illi

Sodalitati cui nomen Societatis Iesu imponit, nihil esse cum societate Iesu commune: nisi fortè quis dicat, vos esse Iudæ Iscariotæ similes, qui societatem Iesu prætexens, in ipsum Iesum insurrexit. Vos enim à Pôtifice conducti, eius turbæ vos duces constituitis, quæ fustibus & armis Christum in membris suis patientem insecatatur: & speciosa illa vestra & nihilo minus blasphemæ inscriptione, tanquam osculo, veritatem Euangelicam, quantum in vobis est, proditis. Et quia caput hoc longiorem refutationē nō desiderat, satis erit quæ hic Assertor proposuit, ea in ipsum regerere hoc modo.

*Retorquetur superius arg. en. assert.* Si qui nihil omnino pensi quid credat habent & qui sunt solis Symboli verbis contenti, res ipsas in Symbolo contentas accuratiū non inuestigant, in Christi recta fide non ambulant (vt Assertor h̄c proposuit.) Ergo falsa sunt illa omnia qua Pontificij de fide implicita ac potius de fide Carbonaria, tradiderunt, cuius implicitæ & perplexæ fidei hæ partes sunt in primis, Ecclesiam Dei ex rerū externarum specie metiri: quod spectat etiam tota hæc propemodū Assertoris disputatio. Immo impietas magistri sunt Iesuitæ & cæteri Antichristiani doctores, lectionem scripturarum vulgarī idiomate laicis interdicentes, & accuratiorem doctrinæ Romanæ inuestigationem dannantes.

Quod attinet ad Lütheri & Zuinglij disputationem, quia nobis eandem Assertor infra obiciet, discutiemus cap. 12. quā vim habeat hæc Pontificiorum argumentatio.

THESES

## THEISIS VIII.

**S**ed hō modo sinamus, ut <sup>a</sup> proprio iudicio con-  
demnatos, & propius ad Ecclesiam indagādam  
accedamus, eiūque partes accuratiūs inuestigemus.  
De quibus illud in primis Doctores orthodoxi sta-  
tuunt: Non solum prædestinatos sed etiam reprobos  
in Ecclesia cōtineri, contrab. Viclephi, Husi, c Cal c.1. Parag. 2.  
uini & d, Martini Bucerii insanas opiniones, quorū d In commīt.  
temeritas, qui tam precipitem de reprobis ferre sen- ca.7. Epi. ad  
tentiam audent à Cypr. e pulchre notatur, in conci- Eph. contro.  
lio f Constantiensi damnatur, & in diuinis literis c L.3. Ep. ad  
clarissimè refellitur. Primo enim Iudas malus erat, Maximum  
ac reprobus, ut patet ex g. Actis: qui tamen aliquan- circa mediū.  
do de Ecclesia fuit, quū ex duodecim unus extite- b Sess.. 5. ar.  
rit, & Episcopus in h Psalmo nominetur: Paulus g Cap. 1. 16.  
verò prædestinatus erat, nec tamen vera Ecclesiæ h Ps. 108. 8.  
semper membrum fuit, i quam se totis viribus oppu- i Gal. 1. 14.  
gnisse fatetur, sed prius lupus, deinde onis, kvt Au 19. circame-  
gust. prius vas fictile, deinde aureum, vt Christof. 1 dium.  
docet. Virgines etiam tum demum ubi dormierunt k Serm. 1. De  
hoc est, post mortem, m fatue à sapientibus separate conversione  
sunt, n & servi illi, quibus homo nobilis abiens in D. Pauli 10.  
longinquam regionem, id est, Christus à nobis ad 1 Chrysost.  
cœlos migrans, bonorum atque doctrina sue ad mi- homil 6 in  
nistrationem commisit, omnes quidem sub potestate Ep. 2. ad  
ipsius, & in domo eius, id est, in Ecclesia erant, non Tim. 10. 3.  
tamen omnes in gaudi' im intrarunt. 102.  
m Mat. 26.  
14.  
n Luca 19.  
15.  
Bonī & ma-

**H**ec eadem distinarum literarum testimonia, li in Ecclesia  
que pro reprobis Ecclesia inserendis attuli- continentur.

mus, non solum homines virtute præditos, sed etiam  
 a Mat. 3.11. moribus prauos, atque celestes eiusdem esse partes,  
 b Mat. 13. & multo quidem magis omnium iudicio comprobat.  
 47.  
 c Mat. 13. Ad quod etiam institutum faciunt parabola illæ, in  
 33. quibus dicitur, <sup>a</sup> in area triticum paleis operiri: in sa-  
 d' in breuiculo gena missa in mari, pisces concludi bonos & malos:  
 collationis in in agro dominico zizania inueniri. c Quibus locis o-  
 collatione 3. die. c. 4. post lim adeò Catholicos confutasse Donatistas D. Au-  
 principium. gust. d refert. ut quò se verteret planè nescirent. Iisdē  
 e L. 3. contra & ipse sapissimè usus est calibi, & ante eum Hiero-  
 literas Peti- liymus & Cyprianus. g In Apocalypsi quoque Eccle-  
 c. 9. Initio c. sias legimus, quarum Angelos & ministros Deus ad  
 12. Lib. deuini pœnitentiam admissi criminis cohortatur. D. etiam  
 tate Ecclesie Paul. Galat. arguit errore depravatos, & Corinthios  
 c. 11. toto L. contra Dong imprimis gravissime reprehendit, quod contensosi,  
 contra Dona opinionibus dediti, amulatores, litigiosi essent, de-  
 lat. c. 4. circa nique quod sceleri fauerent, quod gentibus ipsis erat  
 finem c. 6. toto execrabile, quorum tamen cœtum non solum Eccle-  
 siam, sed Sanctam Christi Societatem & agnoscit &  
 Petrum c. 43. 10. 3. prædicat.

f Hier. dia-  
 lag. c. 4. tra Lu-  
 cifer circa fi-  
 nem pa. 145.

### THEISIS X.

Quid quod Christus Servator noster, fratrem,  
 g Cypr. L. 4. à quo offendi quempiam contigit, ad Eccle-  
 Ep. 2. contra siam deferri iussit? quod sane eum ab Ecclesia exulē,  
 Nouati. circa & ex torrem nequaquam esse satis declarat. Omitto  
 finem.  
 Apoc. 2. & Patres Clementem, Origenem, Fulgentium, alios,  
 1. Gal. 1. & 3. quorum plerique hunc tetrum errorem, in florentiss.  
 2. Cor. 1. 5.

a Origenes homil. 21. in Iosue, Clement Romanus Lib. 2. conf. c. 14. 15. & 16 totis,  
 Naz. oratione Apologetica ante medium P. 1. Fulgent. de fide ad Petrum c. 43.  
 Hieron. in Dialog. contra Lucif. P. 145.

Eccle-

*Ecclesia etate, in Donato & Circumcellionibus barbaris & agrestibus hominibus damnarunt, adeo ut mirandum sit, nostros Protestantes, quāuis Donatistas nominatim execrentur, eorum tamen Haresim amplecti, ac peccatores planè ab Ecclesia excludere.*

*Quod clare facit Philippus articulo septimo, dñ Ecclēsiā Sanctorum cōgregationem statuit, & in A. b Pag. 124, polog. bostendit malos tantum nomine in Ecclesia cōtineri, & Ecclesiā tantum recte credētes, & iustos confidere. Facit & idem Caluinus c,d Bucerius, c Bul d In cōment. llingerus, & alij.*

### C A P V T IIII.

*Analysis Thes. 8, 9, 10.*

b 124.  
c Lib. 4. Inst. c. 1. 9. 2. & 7.  
ad Ep. c. 4.  
p. 112.  
c Ser. 1. Deca  
dis 5. p. 2.

**I**udas aliquando fuit de Ecclesia. Paulus prædestinatus erat nec tamen semper fuit membrum veræ Ecclesiæ. Item virgines fatuæ post mortem tantum à Sapientibus separatae sunt. *Affertor contendit solum electos non constitutere Ecclesiam Dei.* Item non omnes serui de quibus extat parabolæ apud Matthæum In gaudium Domini intrarunt, quanuis essent in domo eius. Adde parabolæ de bonis & malis piscibus & de zizaniis & quæ in Apocalypsī dicuntur de Ecclesiis. Item quæ dicuntur de Galatis & Corinthiis errore deprauatis, quorum tamen cœtum Paulus Ecclesiā & sanctam Christi societatem prædicat. Denique apud Matthæum qui fratrem offedit ad Ecclesiā deferēdus est, ac propterea non est extra Ecclesiā.

Ergo non solum Electi, verūm etiam reprobi in Ecclesia continentur quemadmodum etiam Veteres censuerunt.

## FARVNDDEM THES. REFVTATIO.

**H**abet, mi Assertor, Romana Ecclesia quod tibi succenseat, qui ut probes Romanam esse Catholicam Ecclesiam, tam diligenter reproborum causam agas, ut eos scilicet, ad Catholicam Ecclesiam pertinere nobis persuadeas. Quid? tibi-ne videtur Ecclesia Roma na stare non posse, nisi Reprobi ad Catholicam Ecclesiam pertineant? Quia verò fusiūs à nobis aduersus Turrianum disputatum est, an Reprobi spectent ad Ecclesiam Catholicam, nunc ea de re pauca tantum dicemus, & quatenus isthēc tua argumentatio videtur postulare. Hanc igitur excutiamus.

*Reprobos ad Ecclesiam Christi non pertinere.* In Ecclesiis particularibus malos esse bonis admixtos nunquam negauimus, quinetiam bonos à malis sèpius quam par sit numero superari & doluimus & dolemus: sed propterea Reprobos ad veram illam & Catholicā Ecclesiam pertinere, quam in Symbolo confitemur, hoc

*Redarguuntur erroris suu prioris argumentationis,* tum *μετὰ τὸν πρότερον,* *prior. arg.* tum *μετὰ τὴν ὀμονοίαν* nominis Ecclesiae. Nam

*Exponitur nomes Ecclesie.* Ecclesia, quando simpliciter dicitur, aut quum dicitur Ecclesia Christi, solos electos propriè significat, vnum corpus sub uno capite consti- tuentes, nempe Christo: quod quidem corpus nouissimo tantum dic perfectum erit, suisque numeris omnibus absolutum. Quum verò dici- tur Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorum vel Romanorum Ecclesia, tum visibilem & par- ticularem hanc vel illam Ecclesiam significat.

Hanc

Hanc distinctionem quia siue ignorantia siue malitiosè non tenuit Assertor, imò ne definiuit quidem Ecclesiam illam de qua suscepta est hæc disputatio, mirum non est, si perperam concludat. vt qui vestem & integumenta homonymiæ nō detraxerit, quibus ipse delusus aliis imponere conatur, πλανῶν τις πλανῶν, ut inquit Nanzianenus. Ut autem errores istius argumentationis facilius perspici possint: cedò, mi Assertor, an hic loqueris de ea Christi Ecclesia, de qua initio præfatus es, nec ne? Si non loqueris, imperitè disputas, imò ne disputas quidem: quum tota disputatio debeat ad eam quæstionem referri, quæ initio proposita est. Si loqueris de illa ipsa Ecclesia, ( vt cum decet qui profert Assertiones Theologicas) ergo ex hac tua argumentatione sequitur, Reprobos etiam esse *Absurdie & corpus Christi, Spōsanū Christi, Columnam & incommodis firmamentum veritatis* (sic enim nobis Ecclesiæ *Assertor* am descripti) hoc est, Reprobos esse Electos. *bruītur.*

Quod est absurdissimum. Consequentia patet ex his locis.

Omnia subiecit pedibus eius, cùmque consti-*Eph. 1.*  
tuit caput super omnia ipsi Ecclesiæ: quæ est ca-  
put ipsius, complementum eius qui omnia im-  
plet in omnibus. Quod si legas, Impletur, for-  
tius etiamnum erit argumentum.

Dedit ipse alios quidē Apostolos, alios Pro*Eph. 4.*  
phetas &c. ad ædificationem corporis Christi  
donec euadamus omnes in unitatem fidei &  
agnitionis filij Dei, in virum perfectum &c. ve-  
ritatem sectantes cum charitate prorsus adoles-

camus in eum per omnia qui est caput, nempe, Christus. Ex quo totum corpus coagmētatum & compactum per omnes suppeditatas commissuras, ex vi intus agente, pro mensura vnius cuiusque membra, incrementum capit corpori conueniens ad sui ipsius extractionem per charitatem.

*Eph. 5.*

Christus est caput Ecclesiae, & ipse est seruator corporis.

*Ib.*

Nullus vñquam suam ipsius carnem odio habuit, immo enutrit ac fouet eam, sicut Dominus Ecclesiam, quoniam membra sumus corporis eius ex carne eius & ex ossibus eius.

*Coloff. 2.*

Neque obtinet caput, ex quo totum corpus per commissuras & compages suppeditatum & compactum augescit augmento Dei.

*Reprobos nō*  
pertinere ad esse corpus Christi, neque id de Reprobis, sine corpus Christi, manifeste probatur.

Ex quibus locis manifestum est solos electos blasphemia, dici posse. Nam soli electi, sunt complementum Christi: soli electi euadunt in virū perfectum: ad solos electos vis illa Christi salutifera & viuifica manat, tanquā à capite ad corpus: soli electi seruātur: Christus autem est seruator sui corporis: solos electos Christus virtute viuifica fouet & alit, solique electi arctissimè cum Christo coniunguntur, Quinetiam vrgenda est particula vniuersalis: donec, inquit, OMNES euadamus in vnitatem fidei in virū perfectum. Vbi particula, OMNES, refertur ad corpus Christi, cuius ante meminit: adeò vt hæc propositio necessariò emergat ex verbis Pauli: Omnes iij qui sunt Christi corpus, euadēt in

*Eph. 4.*

in uirūm perfectum. Ac proinde, ex legibus re  
ctè differendi, hæc Propositio erit quoque ve-  
rissima: Nulli qui non euadunt in virum perfe-  
ctum, sunt corpus Christi. Itaque Syllogismus  
erit in. 2. quia negat *onisci*. hoc modo:

Omnis ij qui sunt corpus Christi, euadent  
in virum perfectum (ex Paulo)

Nulli Reprobi euadent in virum perfectum  
(alioqui non iam Reprobi.)

Quare nulli Reprobi sūt corpus Christi: quod  
ne Assertor quidem negauerit. Atque hæc de  
nomine Corporis. Idē dico de Sponsa Christi,  
quo nomine solos Electos significari, perspi-  
cuum est, ex his locis. Erunt duo in carnem v- Ephes. 5.  
nam, Mysterium hoc magnum est: ego autem  
dico in Christo & in Ecclesia, & paulo antè.

Sicut Christus dilexit Ecclesiam, & se in tibi- Ibid.  
sum exposuit pro ea, ut eam sanctificaret, post-  
quam eam purgasset lauacro aquæ, per verbū;  
ut sisteret eam sibi gloriosam &c.

Tota pulchra es, amica mea, & macula non Cati. 4. &c.  
est in te: Una est colubra mea, perfecta mea. Ego  
sum dilecti mei & dilectus mihi est proprius;  
Et pleraque in illam sententiam.

Ostendam tibi sponsam uxori rem Agni, & o- Apocal. 21.  
stendit mihi sanctam illam Hierusalem descen-  
denter è cœlo à Deo, habentem gloriam  
Dei &c.

Sponsus & sponsa dicunt, veni &c.

Quæ omnia ad Reprobos trâssi eri, sine sce-  
lere, non possunt. Etenim cum solis electis ar-  
ctissimo illo vinculo, quod sponsi & sponsæ no-  
C. j.

minibus aptissimè significatur, Christus cōniūctus est.

*Reprobos nō esse columnā tatis, ex his locis:*

*¶ firmamē tū veritatis probatur. 1.Timoth.3. Ut noris quomodo oporteat in domo Dei versari, quę est Ecclesia Dei viui, colūna & stibilimentum veritatis.*

*Heb.3. Christus ut filius domui sue præest: cuius domus sumus nos, si fiduciam & spem illam de qua gloriamur, ad finem usque firmam tenuerimus.*

*1.Pet.2. Ipsi quoque velut viui lapides ædificemini domus spiritualis, sacerdotium sanctorum, ad offerendum spirituales hostias acceptas Deo per Iesum Christum.*

*Apol.3. Qui vicerit, faciam ut sit columnā in templo Dei mei. Et quæ sunt cōsimilia. Ex quibus manifestum est reprobos & hypocritas in particularibus Ecclesiis versantes non posse dici illam domum Dei quę est columnā & firmamentum veritatis. Nam constantia & perseverantia est electorum propria, sine qua columnā & firmamentum intelligi non possunt. Adde quod Veritas & Hypocrisis ita repugnat, ut hāc illius esse firmamentum, ne cogitari quidem possit.*

Ex his igitur omnibus facile vides, mi Affer tor, ex iis quæ præfatus es, & ex illa tua prima Assertione, me nūc vere afferere, Reprobos ad veram Ecclesiam non pertinere: quantumuis in Ecclesia esse videantur: quia aliud est, Videri, aliud, Esse, id quod etiam animaduerti potest in tuis Assertionibus, quæ videntur quidē tibā

tibi Theologicę, & ita inscribuntur, sed tamen non sunt, & potius ad ea pertinent, quæ Philosophi dicunt φαντάσμα μὲν, ὅγα δι μέν. Sed cur non in Similitudo te retorqueo illud simile quod nobis antea obiecisti, quum ex arca Noe argumentareris? Diccebas enim constare ex Petro, Ecclesiam cum arca Noe aptissimè comparari: ac proinde efficiebas, neminem vñquam extra Ecclesiam salutem adipisci posse. Ego verò vlt̄riūs progedior, & ex illa ipsa comparatione, ita cōtendo: non modò nullam salutem esse extra Ecclesiā, sed etiam eos omnes qui verè sunt in Ecclesia, salutem adepturos. Quamobrem? inquis: Nēpe quia quotquot fuerunt in arca Noe salvi euaserūt ex aquis diluuij. Sic enim Petrus. In qua paucae, hoc est, octo animæ seruatæ sunt per aquā. Nec video quanam ratione hanc salutis partem in illa comparatione repudiare debeas, quū Petrus non sit locutus de iis qui extra arcā perierunt (id quod tu vrges) & sit de iis locutus, qui in arca salvi facti sunt: quod reiicere non potes. Nam haec duo se mutuo respiciunt: Non seruari extra arcā: & seruari in arca. Ex quo ita ratiocinamur.

Si cum arca Noe Ecclesia aptissimè comparatur (quemadmodum Assertor paulò ante nobis commemorauit) nec proferri potest ratio quamobrem ad eam comparationem non pertineat, quod omnes qui fuerunt in arca salvi facti sunt: certè vi huiusc comparisonis & ipsius Assertoris vestigiis, rectè concludemus, Omnes qui sunt in Ecclesia, quæ corpus Chri-

C.ij.

Arca Noe vñ  
torquetur in  
Assertorem.  
Cap. 2. sup.

1. Pet. 3.

sti est, seruatum iri.

Antecedentis partē vnam Assertor ipse asserit: partem alteram negare nō potest: Quare admittat quoque Consequens, necesse est. Ex vi Consequentis autem efficitur Reprobos verē non esse in Ecclesia Dei.

*Responso ad  
locos Scri-  
pturae.*

*1. Ioan. 2.*

Nunc excutiamus locos ab Assertore produc-  
tos: ex quibus omnibus nihil aliud potest col-  
ligi, quam multos etiam Reprobos esse posse  
in particularibus Ecclesiis: id quod non nega-  
mus. sed aliud esse dicimus Esse in particelari  
Ecclesia: aliud, Esse in Ecclesia Dei vel de Ec-  
clesia Dei quæ corpus Christi est: quod ut faci-  
lius intelligatur, age, expendamus vim & sensū  
utriusque enuntiationis. Esse in Ecclesia, vel, de  
Ecclesia particulari & visibili, vel In illa Eccle-  
sia contineri, ut vulgo loquimur, nihil aliud est  
quam cādem fidei & religionis professione, se  
visibili Ecclesiae adiungere. Atque id tam elec-  
toris, quam Reprobis commune esse potest. At  
esse in Ecclesia Dei quæ corpus Christi est: &  
esse membrum corporis Christi, significat, ve-  
rè cum Christo cōiungi & ab eo vitam haurire,  
tāquam à capite, quemadmodum Scriptura do-  
cer. Atq; id electorum est proprium. Hoc autē  
discrimen sic paucis explicat Ioannes: E nobis  
egressi sunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent  
ex nobis, permanissent vtique nobiscum  
sed(hoc factū est) vt patesieret, non omnes esse  
ex nobis. Ecce tibi quæ alioqui repugnantia vi-  
deri possint, & sunt tamen verissima: nimirum  
quia Hypocritæ dicuntur quidem esse de Eccle-

lia

sia, sed tamē re vera nō sunt, nec ad eā pertinēt.

Cæterū quum nobis obiicis Corinthios, Galatas & alios qui vel mores suos, vel ipsam doctrinam recuperant: item eos qui excommunicatione plectendi sunt: ut efficias, Reprobos esse de Ecclesia Dei: tua isthæc Conclusio non procedit. Nec enim consectorium est, Corinthios & Galatas deprauatos, fuisse reprobos, quandoquidem potuerunt resipiscere. Et nominatim de incesto Corinthio excommunicādo sic dicit Paulus, Ut Spiritus eius saluus sit in die Domini: quod idcirco moneo, ut posthac, mihi assertor, in afferendo ac disputando sis paulò diligentior, & quid ex quaue re consequi possit, accurratiū dispicias.

Nolo autem ad viuum resecare quæ profers ex parabolis decem virginum & eius serui qui in gaudiū Domini non intrauit. Itēmque quod citas de bonis & malis piscibus ex Matthæo, qui generalius locutus est, quām ipse referas: & pleraq; eiusmodi, tum in hoc capite, tum in aliis, quæ non propterea probbo, quod sigillatim illa non reprehēdam. Nobis enim propositum est ea in primis discutere, quæ ad nostram questionem pertinent. Duriusculum est etiā quod aīs, Iudam in Psalmo vocatum fuisse Episcopū. Ibi enim vocabulum à Psalte usurpatum, Præfeturā significat. Itēmque quod profers de Paulo, est extra propositum: quum præsertim sermonē habeas de Reprobis quos ipse vis ad Ecclesiam Dei pertinere. Quare illud totum est

*De Corin-*  
*thys & Ga-*  
*latis.*

*πέντε λόγοι.*

1.COR. I.

Sed iā id excutio quod imprimis vrges: Paulus, inquis, Corinthios & Galatas inter quos erant multi errore deprauati, non solum Ecclesiam, sed sanctos etiā vocat. Certè: sed ipse nobis responcionem suppeditat. Ut enim Paulus Corinthios vocat Sanctos, propter electos qui tum ibi erāt (absit enim ut Reprobis vocet sanctos & sanctificatos, qui in illo ipso capite Sanctificationem cum Iustitia coniungit) ita propter Electos, nomen Ecclesiæ indefinitè Corinthiis tribuit. Etenim ipsum Ecclesiæ nomē & attributa propria Ecclesiæ Dei, solent attributa Ecclesiæ tribus cui particularibus Ecclesiis, idque propter Electos qui in illis sunt, & qui soli veram Dei Ecclesiam constituant. Hoc miror te non potuisse discere, vel ex iis locis quos citasti: Electi (ut nobis ex Matthæo commemorastis) cum tritico: Reprobi cum paleis & cū zizaniis comparatur. Ecquis autē segetes ipsas, paleas, ac non potius triticum appellauerit? quis agrum Zizaniorum dixerit, ac non potius tritici? Idem licet dicere de vini dolio: quod quanuis habeat faciem cū vino commixtam, non aliter tamen, quam vini dolium appellatur. Sic à nobiliore ac præstanti ore parte res denominari solent. Atque ut proprius ad rē de qua inter nos agitur, accedamus: corpus humanum ita dicitur, propter aptam integrāmque membrorum compositionē. Quod si membrum aliquod luxatum sit, si tuberculū enascatur, si vlcus emineat, vocatur nihilominus corpus. At si propriè loqui volumus, illa omnia ita accidūt corpori, ut nō sint de corpore.

*Nomen &  
attributa Ec-  
clesiæ tribus  
et particularia  
Electos.*

Aliud

Aliud est enim vitium corporis, quām ipsū corpus. Ita Reprobi cū Electis mixti (quod ad extē riorem coniunctionem attinet) sūt defectus & vitium Ecclesiæ, non autem Ecclesia, vel de Ecclesia. Sed quia Ecclesiæ non sunt propter Reprobos, sed ppter electos: idcirco propter Reprobos nomē Ecclesiæ nō tollitur. Huius autē rei imprimis hæc est ratio, quod propriè solus Deus nouit discernere Electos in hac vita constitutos, à Reprobis, & illud discrimen nos latet: adeoque nobis hac in parte, summopere ca uendum est à temerariis iudiciis; ac propterea eos generaliter Ecclesiæ nomine honoramus, quos videmus veram religionem profitentes. Quanquam enim non dubitamus plerosque ibi esse posse qui ad electionem Dei non pertinent: quia tamen nobis incertum est quinam illi sint, ideo de omnibus ita loquimur, ut si omnes essent Electi, dum illis omnibus Ecclesiæ nomen tribuimus: ita iubente charitatis lege.

Iam aliquot tuas Repugnantias proferamus.

Hic affirmas, Iudam fuisse de Ecclesia, opinor, Christiana: quippe quum ei nomen Episcopi, tribuas: Atqui Assertione tua num. 2.ais, Ecclesiā Christianā à die Pétecostes ordiendā. Quid ais? mi Assertor. Atenim iam tum Iudas medius crepuerat, & effusa fuerat omnia viscerā eius (inquit Petrus apud Lucā) Ergo si tibi credimus: aut Iudas ex ipsis inferis rediit post diē Pétecostes: aut fuit de Ecclesia Christiana ante

*Repugnatiæ  
Assertoris.*

*Prima.*

C.iiiij.

originem ipsius Ecclesiæ Christianæ : quod  
quām cōstanter dicatur, ipse etiā non ignoras.

*Secunda.*

Affero aliam tuam Repugnantiam.

Hic affirmas, Galatas errore deprauatos &  
Corinthios fuisse in Ecclesia & de Ecclesia Dei.  
Vnde colligo, hæreticos non esse extra Ecclesiā  
Dei, quādoquidem Galatas errore deprauatos  
fuisse hæreticos (vt hodie loqui soletis) dubium  
non est. Et in Epistola ad Corinthios usurpatum  
ipsum vocabulum hæreseos: Oportet, inquit, e-  
tiam hæreses inter vos esse, vt qui probati sunt  
manifesti fiant inter vos. Contrā: suprà cap. 2.  
assercbas, hæreticos esse extra Ecclesiā Christi.

*Tertia.*

Profero & tertiam Repugnantiam. Hic vis,  
multos etiā Reprobos esse de Ecclesia Dei. At  
in illo ipso cap. 2. asserebas, extra corpus Christi,  
hoc est, extra Ecclesiā, Spiritum Christi ha-  
beri non posse: & tum addebas hęc Pauli verba:  
Qui Spiritū Christi non habet, is non est eius.  
Quare nos ita ex ore tuo differamus. Si quis Spi-  
ritum Christi non habet, is non est eius (inquit  
Paulus) At Reprobi Spiritum Christi non ha-  
bent ( nam quotquot Spiritu Dei ducuntur, iij  
sunt filii Dei, inquit ibidem Paulus) Sequitur,  
Reprobos ad Christum, non pertinere. Quod  
si esset de Christi corpore, hoc est, Ecclesia:cer-  
tè ad Christum pertinerent. Ac de illis quidem  
tuis repugnantiis, haec tenus.

*Responso ad  
testimonia  
Veterum Do-  
ctorum.*

Nobis etiam obiicis veteres Doctores: sed  
qua ratione fretus id facias, ego quidem non vi-  
deo. Exorti sunt olim qui propter vitia morē  
que deprauatos, negarent ullam alibi, quām a-  
pud

Pud ipsos, esse Ecclesiam, quod sibi solis morum integritatem, vitæque sanctimoniam vendicarent. Huiusmodi fuere Donastitæ, Cathari, & alij consimiles: quibus maiores nostri vehementer obstantes, affirmarunt, stante fide, Ecclesiam propter morum vitia tolli non posse: quum usque ad finem mundi, ea futura sit piorum conditio, ut malos secū admixtos habeant. Huic sententiæ & illis ipsis veterū Doctorum rationibus, miseros & fascinatos Anabaptistas refellimus, qui hac in parte renouarunt Donastitarum hæresim. Verū, mi Assertor, pro more tuo, vñ proponis & aliud probas. Hoc enim inter nos queritur, Sint-ne Reprobi de Ecclesia Dei siue ad eam pertineant: quod nos negamus, & veteres Doctores negauerūt: quanuis propter temporalem coniunctionem, Reprobi in Ecclesiis visibilibus vñ cum Electis mixti sint: quod & Veteres censuerunt, & nos cum veteribus censemus. Sed prestat audire Veteres suam sententiam verbis suis explicantes.

*Assertor unū  
proponit &  
aliud probat.*

CYPRIANVS: Domine ad quē ibimus &c. Si *Testimoniaz* significans Ecclesiam quæ in Christum credat & *veterū quib.* quæ semel id quod cognoverit teneat, nunquam *illi suā expo-* ab eo omnino discedere, & eos esse Ecclesiam *nunt & As-* qui in domo Dei permanent. Plantationem ve- *sertorū reuel-* rò plantatam à Deo Patre non esse quos vide- *lunt senten-* mus non frumenti stabilitate solidari, sed tan- *tiam.* quam paleas dissipantibus inimici Spiritu venti- *Lib. i. Ep. 3.* lari. de quibus & Ioannes in Epist. sua dicit: Ex nobis exierunt sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis māfissent utique nobiscū. *De Simpli-  
cit.prelator.*

**Idem**, Adulterari non potest Spōnsa Christi,  
quę incorrupta est & pudica. Hęc nos Deo ser-  
uat, hęc filios regno quos generauit, assignat.

*In Ps. 14. bō mil.* **CHRYSOSTOMVS.** Ecclasia est tentorium  
quod fixit Dominus & non homo, & ē locis in  
alia loca migrat in persecutionibus, fugit à ciuitate  
in ciuitatem, sed non fugit à pietate ad impietatem &c.

*In Psal. 35.* **AMBROSIUS.** Sicut Sancti sunt mēbra Christi: ita impij membra sunt Diaboli.

*In 2. Cap. Euc.* **Idem.** Mater viuentium Ecclesia est quā edificauit Deus in ipso summo āgulari lapide Iesu Christo, in quo omnis structura compaginata crescit in tēplum Dei &c. Ecce mulier omnium mater: ecce domus Spiritualis, ecce ciuitas quę viuet in æternū, quia mori nescit. Ipsa enim est ciuitas Hierusalem quę nunc videtur in terris, sed rapietur supra Eliā & supra Enoch &c. Quātò melius totum corpus assumitur, quam vnum assumptus est? &c.

*De Trinit.* *L. 3. c. 2.* **AVGVSTINVVS.** De omnibus sanctis tanquam  
lapidibus viuis ædificatur Hierusalē nostra æterna in cœlis.

*De Gen. ad l. 5. c. 19.* **Idem.** Ibi primitus Ecclesia, quod post resur-  
rectionem & ista Ecclesia congreganda est, ut simus æquales Angelis Dei.

*Enchir. ad Laurēt. c. 59.* **Idem.** Rectus confessionis ordo poscebat ut  
Trinitati subiiceretur Ecclesia, tanquam habi-  
tatori domus sua & Deo templum suum & cō-  
ditori ciuitas sua, quę tota hic accipiēda est nō  
solū ex parte qua peregrinatur in terris, à So-  
lis ortu usque ad Occasum laudans nomen Do-  
mini

mini & post vetustatis captiuitatē cantans can-  
ticum nouum : verū etiam ex illa quæ in cœ-  
lis semper, ex quo condita est, cohæsit Deo. Et  
paulò post: Hęc quæ peregrinatur in terris, san Cap. 61.  
guine Mediatoris nullum habentis peccatū ab  
omni redempta est peccato, eiúsque vox est: Si  
Deus pro nobis quis contra nos &c.

Idem. Ecclesiæ caput est homo ille cuius sus De Agos,  
ceptione verbum caro factum est & habitavit Christ. t.  
in nobis: mēbra cætera sunt omnes sancti, qui-  
bus perficitur & completur Ecclesia.

Idē. Corpus Christi quod est Ecclesia, in ipsa ib. t. 26,  
dextera, hoc est, in ipsa beatitudine futurū est.

Idem. Ipsa est Ecclesia in bono semine quod Epist. 43.  
seminauit filius hominis & usque ad messē cres-  
cere inter zizania prænuntiauit. Et paulò post:  
Ipsa est Ecclesia quæ intra sagenam Dominicā  
cum malis piscibus natat, à quibus corde séper  
& moribus separatur, ut exhibeat viro suo  
gloriosa, non habens maculam aut rugam.

Idem. Quod vobis dico, omnibus dico (inquit Epist. 80.  
Christus) Quibus omnibus dicit nisi electis &  
dilectis suis ad corpus eius pertinētibus quod  
est Ecclesia?

Idem. Atrium quod est extra templum, eiice In Apocai.  
&c. Apoc. II. Ipsi Atrium sunt qui videntur in Flom. 8.  
Ecclesia esse & foris sūt, siue heretici, siue male  
viantes Catholici.

Idem: Malos nequaquam pertinere ad Eccle De Baptisi  
siam Dei, quamuis intus esse videantur, ex hoc cōtr. Donat.  
appertissimè apparet, quia isti sunt auari, rap-  
tores, &c. Lib. 6. t. 3.

*De Cinit.* Idē, Quas mysticè appellamus ciuitates duas  
*Dei Lib. 15.* hoc est, duas societates hominum: quarum est  
 una, quæ prædestinata est in æternum regnare  
 cùm Deo: altera, æternum suppliciū subire cù  
 Diabolo.

*De Doctr.* Idem, Ecclesia sine macula & ruga ex omni  
*Christ. L. 3. c.* bus gentibus congregata atque in æternum re-  
 34. gnatura cum Christo, ipsa est terra beatorum,  
 terra viuentium.

*Ib. c. 32.* Idem, Non re vera Domini corpus est quod  
 cum illo nō erit in æternū: & paulo post, Quia  
 non solūm in æternum, verum etiam nūc hypo-  
 critæ non cum illo esse dicēdi sunt, quamvis in  
 eius esse videantur Ecclesia. Sunt cōsimilia ple-  
 ráque passim in scriptis Veterum occurrentia  
 ex quibus facile est colligere quidnam ipsi vete-  
 res senserint de Reprobis cù Electis permixtis:  
 nempe eos non esse de Ecclesia Christi, licet in  
 ipsa Ecclesia propter temporalem coniunctio-  
 nem esse videantur.

## THEISIS XI.

*De notis Et-* **I**am vero non satis intelligo, quonam pacto aduer-  
 clesie. **I**sarij, Ecclesia ubinam locorum maneat, cognosce  
 a Decanus se re queant, quum planè quid sit ea, (quod varijs eorum  
 mores VVi- allati testantur errores) ignorent. Laborant tamen  
 temb. in Ca- rec. anni 71. illi & quidem strenue in Ecclesiæ notis peruestigan-  
 pag. 79. dis, sed infæliciter, quum eas tandem assignent, quæ  
 Melanchton vel ipsa Ecclesia sunt obscuriores, vel certè quæ huic  
 in respon- ipsorum Ecclesiæ minimè conueniant. **A**ly enim  
 sis ad articu- los Bauaricæ consensum in doctrina Euangeli incorrupta, quod  
 inquisitionis attinet ad fundamentum: legitimū usum Sacra-  
 mento-

mentorum, obedientiam ministerio debitam, ut certissima Ecclesia & Symbola constituant: alij b his claves, que necessaria sunt in ministerio verbi, superad- b Spangen-  
dunt: alii ut oves c vocem Pastoris sui audiant, & a- berg in Cz  
buceri penitus abhorreant, requirunt: d alii demique, Enar. cap. 1.  
bis non contenti, constantiam in confessione fidei, sine Epi. ad Eph.  
perseverantiam ut planè necessariam arbitrantur. P.17.

d Magde-  
burg Cetur.  
L. I. c. 4.  
colum. 173.

## THEISIS XII.

**V**erum hac omnia signa huiusmodi sunt, ut a- & 174. &  
grius à nobis, quam ipsa Ecclesia, cuius sunt Cent. I. L. 2.  
signa, cognoscantur, & in primis legitima verbi Dei c. 4. col. 379.  
prædicatio, & Syncerus Sacramentorum usus, (quea 380. & 381.  
duo ipsi vel maximi faciunt) quum Ecclesia sit mis-  
sione, quando hec rectè fiant docere. Hæc ita se habere  
veterum monumenta testatur. Quid enim inquit, a Ireneus li.  
Irineus, si de aliqua modica questione disceptatio 9. cap. 4. in  
orta fuisset, non oporteret in antiquissimas recurre- princip.  
re Ecclesiæ, & ab eis, sumere de præsenti questione, b Lib. 1. de  
quod certum, & liquidum est? Quod idem clarus b. Prescri. c. 6.  
Tertullianus antiquissimus & ipse Auctor effert, c Contra ep.  
Quid predicanerint Apostoli, ait, quid illis Chri- fundamenti  
stus reuelauerit, & hic præscribam, non aliter proba- cap. 5. in fine  
ri debere, nisi per easdem Ecclesiæ, quas ipse Apo- tom. 6. D. E. 2.  
stoli considerunt. & clarissime August. c Enamelio versariū le-  
non crederem, nisi me Catholice Ecclesiæ commoue- g. & Prop.  
ret auctoritas. c. 20. in prin-  
cip. tom. 6.

## THEISIS XIII.

**I**Dem ex diuinis literis ostenditur. Ad hunc enim  
finem Apostolo teste, c dedit Deus Ecclesiæ Pastor. e Eph. 4. 13.

res & Doctores, ut perueniat omnes in unitate fideis  
& agnitionem Filij Dei. In hunc etiam finem, Christus eidem magistros, & testes veritatis donans,  
¶ *Luc. 10. 16.* qui vos dicit, audit me audit. Ad hoc denique significatur  
¶ *1. Tim. 3.* candum. Ecclesia Dei columna & firmamentum  
veritatis appellatur. Quin & ratione honesta false  
esse coniunguntur. Sunt enim communes & ab o-  
mnibus hereticis, qui ullo unquam tempore fuerunt,

*f Lib. contra usurpate, ut experientia demonstrat, & August. f g*  
*Epistola sua antea est.*

*da: cap. 4. in  
medio.*

*g Et Ep. 48.  
ex Epist. V in  
cenit Roga-  
toste.*

### THESES. XIV.

**C**etera autem quas assignant note, perinde ut  
istae incommodae sunt. Quid enim obedientia  
h *L. 5. hist.* ministerio debita, quam VVittembergenses assigna-  
e. 8. in princ. i *Defuga in* runt, ad rem facit, quem nulla tam pestifera heres  
persecutione. sic, quae auditores aliquos sibi obedientes non inne-  
k *T. o. 3. contr.* mati Buceri note friuola sunt, & inane: Spangen-  
har. her. 80. bergi communissima. Magdeburgensem, quae erat  
in princ. constantia in confessione fidei, non minus hereticis,  
l *Ep. 68. pro-* quam Catholicis propria semperfuit. Certè Monta-  
pe fin. m Ser. 66. in nite valde de suis Martyribus, ut ex h *Eusebio, &*  
cantica. *1. Tertulliano liquet, & Messaliani k teste Epipha-*  
n *L. De hist.* nio, & multò quidem magis gloriabantur: & Cir-  
Boë. c. 41. 5. *o In hist. Ecl. cumcelliones, qui, ut inquit August. I viuebant ut*  
p *Alanus Co latrones, honorabatur ut Martyres. Quod idem de-*  
pus *Dial. 6. Apostolicis, Adamitis, Anabaptistis, & alijs poste-*  
*Ioa: Crispi-* rioribus hereticism. D. Bernardus. Aeneas n. Sylu-  
*Martyr. Gal* Ioannes o. Foxus, aliisque p memoria prodide-  
lie, Anglie. *Thnt.*

## CAP V.

*Analysis Thes. II, 12, 13, 14.*

**Q**vicūque statuunt eas Ecclesię notas quę sunt ipsa Ecclesia obscuriores & sunt eō putat aduer-  
munes & friuolæ, ignorāt quid sit Ecclesia. Ad  
uersarij pro notis Ecclesiæ statuunt alij consen-  
sum in doctrina Euangeliј incorrupta, quod at  
tinet ad fundamentum, cum legitimo vſu Sacra-  
mentorum & obediētia ministerio debita. Alij  
addunt claves ministerij Verbi. Alij requirūt ut  
dues Pastoris sui vocem audiant. Alij requirūt  
constantiam in confessione fidei: Sūt autem hę  
notæ obscuriores ipsa Ecclesia, cōmunes omni-  
bus veteribus hęreticis, & friuolę. Ergo Aduer-  
sarij ignorant quid sit Ecclesia. Legitimam prę-  
dicationem verbi Dei & syncerum vſum Sacra-  
mētorum esse obscuriorem ipsa Ecclesia ex eo  
patet, quod munus est Ecclesiæ docere quomo-  
dovtrunque recte fiat. Ex Irenęo, Tertulliano,  
& Augustino. Addē Eph. 4. Deus dedit Ecclesię  
Pastores & Doctores ut perueniamus omnes in  
vnitatem fidei. Item, Qui vos audit me audit. Epist. fundā.  
Item. Ecclesia est columna & firmamentum ve-  
ritatis. Item, hęretici suos habuerūt Martyres  
quibus gloriabantur.

## EARVNDEM REFVTATIO.

**Q**um Doctores nostri de notis Ecclesiæ differūt, primū omniū (ne vocabulihomō notis Eccle-  
nymia decipiat) proponūt de quānam Ecclesiæ sīe.

*Exponitar  
seniētia Pro-  
testatiū de  
notis Eccle-  
siæ.*

sermonem habeat, eamque definiunt ex verbo Dei, Deinde notas eius colligunt, non leues, dubias, communes, friuolas (ut Assessor loquitur, cui syncera verbi Dei prædicatio & legitimus Sacramentorum usus friuolus est), sed veras, certas, firmissimas: quippe ex ipso veritatis ac similitatis sinu, hoc est, ex verbo Dei depromptas. Quanquam autem visibiles notas non negliguntur, non tam in iis subsistunt, sed simul addunt eas notas, quae ab ipsis Ecclesiæ natura & essentia dependent: nec ea pretermittunt ornameta que redundunt Ecclesiæ statu illustriorem. Hæc autem quum Assertori displiceant, & velit alias Ecclesiæ notas in medium proferre: primùm disputat ~~et non vasis~~, ut, si fieri possit, nostram sententiam euertat. Deinde subiicit disputationem ~~et non vasis~~ qua suam sententiam, hoc est, Ecclesiæ Romanæ Romanique Pontificis dignitatem, astraruerit conatur.

**Tertia propo-**  
nuntur expli-  
cada ad fa-  
ciliorem in-  
telligentiam  
huius dispu-  
tationis.

Vt autem nostra responsio facilius intelligatur, tria haec nobis consideranda sunt. Vnum: Quid sit, Rem aliquam cognoscere. Alterum: Quod sit rei cognoscendæ signum. Tertium: Quid sit Notius esse vel obscurius.

Duplex est rei alicuius cognitio. una leuis & adumbrata: altera accurata & diligens ac proprieta vera cognitio. Priorē vulgus statim amplectitur, cāque homines vel rudiiores vel negligenteriores contenti sunt. Posteriorem viri prudentes ac studiosi solent cum labore diligentia que conjectari. Rei cognoscendæ signum item duplex est: unum externum tantum & ab acciden-  
tibus

dentibus petitum quæ extrinsecus rem vestiūt & (vt Philosophi loquuntur) sunt veluti Dæda li imagunculæ volitâtes, quæ facile hominibus imponunt. Alterum quod petitur ab ipsius rei natura à qua diuelli non potest & sectature ea πάθη quæ sunt αχαρίστα: atque eo modo Philosophi ἀκός & τιμητίζειν distinguunt. Signa quæ sunt prioris generis, levia sunt, incerta & probabilia tantum, quibus acquiritur leuis illa & adumbrata cognitio. Signa posterioris generis cōueniunt cum ea cognitione quā nos veram accuratām- que duximus.

Denique aliquid dicitur notius duobus modis: videlicet vel respectu nostri, vel respectu naturæ, quemadmodū docet prima Philosophia. Iam quæ rei essentiam maximè continent, ea dicuntur naturæ notiora, licet nobis minus nota sint, ad quæ nos tota mente contende debemus, si volumus ad veram rerum cognitionem peruenire. Atque id est quod Philosophi dicunt, Scire esse rem per causas cognoscere: quæ propterea dicuntur esse naturæ notiores quia per eas rem ipsam verè cognoscimus. Hęc autem ut adhibito exemplo fiant magis perspicua, fac, exempli gratia, quæstionem de veræ Arboris cognitione esse institutā. Qui leuem & adumbratam cognitionem sectatur, iudicabit de Arbore ex trūco & ramis. Qui vero studiosus est accurate cognitionis, non iis erit cōtentus: (nam arbor mortua & arida habet nihilominus & truncū & ramos) sed cū oculis corporis adhibebit etiā mētis oculos, & ratioci-

D. j.

nando persuadet ad ipsam arboris naturā & ad succū illū qui ex radicib⁹ per oēs arboris partes diffunditur, quo & vegetatur arbor & profert fructū suæ speciei cōuenientē. Quæ omnia vbi animaduertit, tum affirmat veram hāc esse arborē, non ex solo rerum externarū aspectu, sed in primis ex mentis iudicio ac ratiocinatione.

Hoc simile, quoad rei natura patietur, huic nostræ quæstioni sic accommodamus. Quæritur inter nos de cognoscenda vera Ecclesia visibili. Pontificij res exteriores nobis ostentant & solis rebus aspectabilibus, hoc est, truncō & ramis cōtentī sunt. Nos autem affirmamus, non rebus externis adhærescēdum, sed ad ipsas etiā radices, vi mētis, penetrādum esse, & spectandū, an iis succus ille vitalis insit, qui dimanet ad oēs Ecclesiæ partes: & an Ecclesia illa sit eiusmodi ut fructum conuenientem proferat, ita præcipiente Christo, Ex fructibus eorum cognosceatis eos. Quum autem verbum Dei ipsam Ecclesiæ naturam cōtineat (nec enim sine verbo Dei Ecclesia definiri potest) necessariò ad ipsum Dei verbum deueniendum est, & dispiciēdum an hæc vel illa Ecclesia nitatur verbo Dei. Nec satis erit ostentare congregationem, prædicationem & Sacraenta quæ simpliciter sunt iuxta, nec constituūt Ecclesiam nisi iuxta: sed videndum est an illa congregatio prædicationē habeat synceram, doctrināmque incorruptam, &, an habeat legitimū Sacramentorum usum qualem, Christus ipse instituit, hoc est, an fructus sibi conuenientes adiunctos habeat: quæ omnia

omnia sūt ~~texuū~~ signāque certissima verē visibilis Ecclesiæ dignoscendæ. His expositis ad superius argumentum sic respondemus.

Maior propositio, ita ut proponitur, admittenda nō est, duabus potissimū de causis. Prior <sup>gumentum</sup>  
~~excūtitur.~~ est, quia non satis explicat quānam sit illa obscuritas cuius mentionem facit. Etenim si loquitur de obscurioribus illis quæ non ipsius naturæ sed nostri respectu obscuriora sunt (quam esse Assertoris sententiam ex sequentibus manifestum erit) planè falsa est, adeoque ipsa sibi repugnat. Ignorant enim inquit, quid sit Ecclesia. Atqui <sup>Assertoris Repugnatio.</sup> r̄ t̄ ī n̄ ēr̄ & ipsa Quidditas est nobis quidem obscurior, at ipsi naturæ notior. Itaque si quærimus ea ex quibns verè cognoscere possimus, quid sit Ecclesia: Ergo nobis in ipsius Ecclesiæ definitione versadum est, & ad intimam eius ~~sc̄iā~~ penetrandum. Postquā autem veram definitionem nacti fuerimus: tū eius beneficio res quæ ante nobis erat obscurior fit nobis perspecta & cognita. Itaque nos iubet <sup>r̄ p̄t̄os m̄ȳ d̄ēas</sup> à definitione <sup>ēr̄ ūt̄ r̄d̄m</sup> ad Definitionem <sup>ēr̄ s̄w̄d̄m</sup> ascendere, ut rerum cognitionem adipiscamur. At noster Assertor quærerit per, Quid, & respondet per Quale.

Posterior ratio cur maiorem illam propositionem admittere non possimus, hæc est: quod dicit pugnantia ac propterea vera non est: nempe dum ait notas Ecclesiæ à nobis productas, esse ipsa Ecclesia obscuriores, & esse communes. Repugnat enim, aliquid esse cōmune & obscurius. Nā quæ sūt cōmunia, obscura nō sunt.

In minori propositione Doctorum nostrorum sententiam Assertor iste commemorat: neque id satis fideliter. Sed huc tandem redit, incorruptam doctrinam & legitimū vsum Sacramentorum prēcipuē statui à nostris pro veris notis Ecclesiæ, hæc autem dicit esse obscuriora ipsa Ecclesia. Ante à nobis disputatū est quatenus aliquid notius dicatur vel obscurius. Itaque affirmamus hasce notas esse respectu ipsius naturæ notiores quia omnino pendent ab essentia rei cuius cognitio quæritur, nempe Ecclesiæ. Sed ulterius etiamnum progrediendum est. Nec enim hīc agimus de naturali rei alicuius cognitione (quod si fieret, non minus causa caderet Assertor ex iis quæ ante dicta sunt) sed de cognitione fidei quæ non humanis viribus comparatur, imò Dei gratia ac beneficio conceditur. Itaque hoc loco quæro abs te, mi Asser tor, ecquānam facultate possit vera Ecclesia cognoscian sensu corporis, an verò mentis oculis, adeoque ipsa fide, qua Deus animos nostros suo Spiritu collustrat? Si sensu corporis, obsecro te, cur igitur quotquot sūt homines in quorum oculos illa incurrit, & quotquot illā quærunt, statim veram non cognoscunt? Ecquis enim vñquam, nisi insanus, vel niuem nigram, vel coruum album existimauit? Atqui de vera Ecclesia à priscis usque seculis disputatum est, atque etiamnum hodie disputatur. Vera igitur Ecclesiæ cognitio non cōparatur externis sensibus, sed interiore luce mētis quam Dominus suo Spiritu in nobis per verbum eius accendit.

*Quibusnam  
notæ Eccle-  
sie non sint  
obscuræ, &  
quomodo.*

Qua-

Quare sic habeto. Nosse quid sit vera Ecclesia & nosse ipsius Ecclesiæ notas certissimas, esse non modò difficile verùm etiam *adversus*, nisi freti simus Deo doctore: sicut scriptum est, Et *Ioan. 6.* erunt omnes docti à Deo. Item, Caro & sanguis *Matth. 15.* non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in coelis. Item, Animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei. Item, Nobis datum est in eum *1. Cor. 2.* credere. Item, Dominus aperuit illi cor ut crederet: & sexcenta eiusmodi quæ passim in sacris *Phil. 1.* literis occurrunt. Quare si agnoscí Ecclesia non potest nisi per fidem (rectè enim profitemur in *Act. 16.* Symbolo nos credere Ecclesiam) ut & rursus, si verbum Dei est obiectum fidei, adeoque *μέρος* ipsius: efficitur necessariò, eam Ecclesiæ cognitionem quæ Christianos decet, à verbo Dei pertendam esse, & inde accersenda huiusc cognitionis principia. At obscurū est verbum Dei, in *An Verbum* quis, Fateor: nisi Deus (ut Apostoli verbis utar) *Dei sit obscu* *rum.* splendeat in cordibus nostris ad [præbendum] lumen cognitionis in facie Iesu Christi: quod *2. Cor. 4.* ubi factum est, tum & verbum Dei cognoscimus & ipsam Dei Ecclesiā per verbum ipsius. Sed audiamus quid iam protuis rationibus obiicias.

Ecclesiæ partes (inquis) sunt docere quando *Responsio ad* prædicatio est incorrupta & quando legitimus *rationes Af-* est Sacramentorum usus. Ergo ipsa incorrupta *sertoriū.* prædicatio & legitimus usus Sacramentorum non sunt notæ ipsius Ecclesiæ. Antecedens patet tum ex loco Pauli, Dedit Deus Ecclesiæ Pa

D. iij.

*Ephes. 4:*

stores & Doctores &c. tum ex Veteribus.

Respondeo, falsū esse Consequens. Nec enim hæc repugnat: effectum esse notam suę cause. & vicissim effectum demonstrari per causam. Est igitur consentaneum, Ecclesiam ex verbo Dei per fidem progenitam de ipso Dei verbo testari. Atque ut sentias quām te parū iuuet hæc ratio, quæso, Quomodo Ecclesia dicitur docere? Nempe quia in vera Ecclesia sunt veri Pastores quos Deus dedit Ecclesię ut ipse citas ex Paulo. Quomodo autem docent? Nimirum sincerè prædicando verbum Dei, ut rursus ipse ex his verbis probas, Qui vos audit, me audit. Ecce igitur quomodo ad nos trāreas, quantun-uis licet obnitare. Nam ex hoc tuo argumento sequitur, Ecclesiam docere per ipsam prædicationem verbi, atque ita, quoquò te vertas, certè cogeris, licet auerso vultu, nostræ subscripte sententię. Nūc autem in te retorqueo tuū hoc argumentum, hoc modo.

*Retorque-  
tur argu-  
mentum.*

Si sincera prædicatio & legitimus Sacramē torum usus, sunt res obscuriores ipsa Ecclesia, eō quod Ecclesia potius docet quomodo recte fiant. Ergo simili ratione: Claritas, Antiquitas, Episcoporum successio, & reliquæ notæ quas paulò post Assertor proferet ad Ecclesiæ Romanæ confirmationem sunt ipsa Ecclesia Romana obscuriores, ac proinde non sūt veræ ipsius notæ ex hoc Assertoris argumento. Conse quēria patet. Nam Ecclesia Romana notas illas, quantum in ipsa est, ore Monachorū nobis explicare,

plicare, commendare, inculcare iam pridem nō cessat. Sed quia freti sumus luce clarissima verbi Dei, obscuras Ecclesiæ Romanæ tenebras facile negligimus,

Atenim, inquit Assertor, omnes hæretici sē- *Responsio ad obiectionem de Veterib. hæreticis.*  
per notas illas usurparūt. Hoc vero falsum est, mi homo, Nec enim simpliciter nos prædicationem & sacramenta statuimus esse veræ Ecclesiæ notas, sed synceram prædicationem, ac propterea rectam fidem, itēmque legitimā Sacramentorum administrationem: quæ duo unquam ab hæreticis usurpata fuisse pernegas, *De Trinit. lib. 1. c. 3.* alioqui non iam hæreticis futuris. Audio quidē *Contra Ariam. orat. 2.*  
*Augustinum de Veteribus hæreticis cōquerente quod ex Scripturis suos errores conarentur defendere: sed simul audio Athanasium clarissimi* *Aduers. Marc. l. 5.*  
literarū argumentis lapidados: quo sensu dixit etiā Tertullianus, hæreticos de veritate gloriae esse ipsius veritatis cuneo extrudēdos. Quare, non ita bene constitutus: Omnes hæretici Scripturam etiam usurparunt: Ergo scriptura est cōmunis hæreticis & Orthodoxis. Sed, quia de usu non de abuso Scripturæ loquimur, dicē duni est potius abusum Scripturæ communem quidem esse hæreticis omnibus: at legitimum Scripturæ usum esse Orthodoxis ac p̄is omnibus communē. Atque ut res tota magis pateat, Cedò, num quod fur quispiam interpolatū pro suo venditabit, id tu furi & domino commune esse dixeris? & ut ad nostra redeamus, Satanam D. iiiij.

- Matt. 4.* Scriptura abutentem Christus ex ipsa Scriptura refutauit: Num igitur censes, Scripturā Christo & Satanæ communem fuisse? Utinam verò, mi Assertor, Ambrosium audias & Nazianzenū qui hæreses compararunt cum gypso aqua permixto, ac propterea lactis colorem ementiēte: ut ita significarent hæreticos non vti sacris literis, sed abuti. Tibi verò, qui gypsū à lacte nō discernis, ecquid vñquā legitimū videri possū?
- 2. Timoth. 3.* Iannes & Mamres Mosis miracula miraculis non absimilibus eludere conati sunt: pseudo-prophetæ verbū Domini falso iactantes, veris Dei prophetis, Verbum Domini proponentibus identidem obstiterunt: Pseudapostoli plerosque ab Apostolorum doctrina, falso illo Apostolorum nomine, reuocarunt: Christus ipse pseudochristos exorituros esse prædictit. Obscro te, quid hīc facias, cum illa tua communitate? Num propterea Mosen, Prophetas, Apostolos, adeoque Christum ipsū repudiabis? Quin tu, sic habeto: quò impudentiūs hæretici Verbo Dei citādo videri volunt Orthodoxis similes, eo diligentius Orthodoxi debēt ipsius Verbi Diuini veritatem vrgere, cāmq; ante omniū oculos proponere, vt falsa illa similitudo, veritate proposita, faciliūs euanscat. Itaque nunquam Dominus suos iussit ad tuas illas notas recurrere: videlicet, Claritatem, Diffusionem, Antiquitatem & consimiles (de quibus paulò post agendum erit) sed potius, ad legem & ad testimonium, inquit Esaias: & Christus;
- Exod. 7.*
- Iere. 23. &c.*
- 2. Cor. 11.*
- Matth. 24.*
- Esa. 8.*

stus, Scrutamini Scripturas, inquit. Ac, ne sim <sup>Ioan. 5.</sup>  
 longior, Maiores nostri Arrianos (monete quo  
 que Cōstantino) Macedonianos, Nestorianos,  
 Eutychianos & id genus, non aliunde quam ex  
 Diuini Verbi pharetra depromptis telis con- *Vide Euseb.*  
 foderunt: quippe cum scirent, haereses (inquit  
 Tertullianus) non tam nouitate quam Veri- *De Virg.*  
 tate esse reuincēdas. Cæterum quod obiicis de  
 Veteribus haeticis Scriptura abutentibus, ita  
 acceptum velim, ne quis tamen existimet, illos  
 haeticos unquam voluisse, ex solis Scripturis  
 suam doctrinam spectari. Rectè enim idē Ter-  
 tullianus affirmat, haeticos stare non posse, si  
 cogantur de solis Scripturis suas quæstiones *Deref. car.*  
 sistere. Nā sua quoque, idque in primis, sōnia,  
 pro Verbo Dei solebat obtrudere. Sic Marcio  
 nitæ, suum paracletum: Montanistæ, suā Pro-  
 phetiam: Valētiniani, suos Æonas: Manichæi  
 suam Epistolam fundamenti, & reliqui sua por-  
 tenta, tanquā Verbum Dei proferebāt. Quem-  
 admodum etiam hodie Iudæi suum Thālmu-  
 dem: Mahumetani, suum Alcoranum: ac (ne vos  
 prætermittere videamur) Monachi pontificij,  
 aniles suas fabulas, Traditiones, Decretales epi-  
 stolas, & ἀγαθα illa sua proponunt, vt suæ do-  
 ctrinæ, hoc est, p̄tificiis erroribus fidē faciant.  
 At nos Verbum Dei scriptum agnoscimus, no-  
 stræ, hoc est, Christianæ Religionis & solum  
 & solidum esse fundamentum: cuius interpreta-  
 tio (si quādo de ea ambigetur) petēda sit ex ipsa  
 Scriptura, locis inter se collatis & ad fidei *καλο-*  
*γεια* reuocatis: qua de re copiosius à nobis dif-

putatū est in Theologica nostra disputatione, de verbo Dei scripto aduersus humanas Tradit. Atque hæc de tua communitate cum Veteribus hæreticis, nobis dicta sint.

*Responso ad testimonia veterum.* Ad Veterum testimonia nobis obiecta respondeo: Veteres cœluisse Canonicos Sacræ Scripturæ libros & veram Euangelij doctrinam in vera Christi Ecclesia reperiri, quæ quidem Ecclesia plurimùm valet ad cōmówendos allicient dósque animos ut Euangelicam veritatem fide amplectantur ut ait Augustinus. His verò nos etiam prorsus assentimur. Sed quia Veteres illi ceterus cōmendant Ecclesiam, quatenusea doctrinam ab Apostolis receptam fideliter conservat: idcirco negamus Ecclesiæ Romanę causam eorum testimonio ullo modo subleuari. Hoc ita esse Veteres ipsi nobis confirmabunt hisce verbis.

*Testimonia veterum cōsumere: tra Affer-torem. Lib. 3.c. 4.* IRENAEVS, Veritatem facile est ab Ecclesia diues plenissimè in eam contulerint omnia quæ sunt veritatis, vti omnis quicunque velit sumat ex ea potum vitæ, &c.

*Lib. 1.c. 4.* Idem, Hanc prædicationem quū acceperit & hanc fidem quemadmodum prædiximus Ecclesia, & quidem in vniuersum mundum disseminata diligēter custodiat, quasi vnam domum in habitans: & similiter credit iis videlicet quasi vnam animam habens, & vnum cor: & consequenter hæc prædicat & docet & tradit, quasi vnum possidens os.

*Lib. 3.c. ii.* Idem, Columna & firmamentum Ecclesiæ est Euan-

**E**uangelium & Spiritus vitæ, &c.

**I**dem, Oportet confugere ad Ecclesiam & e-*Ibid.*  
ius sinu educari , & Dominicis Scripturis enu-  
triri &c.

**T**ERTVLLIANVS: Sum hæres Apostolo-*De prescript-*  
rum (inquit Ecclesia) sicut cauerunt testamen-*her.*  
to, sicut fidei commiserunt, sicut adiurauerunt,  
ita teneo.

**I**dem, Apostolos Domini habemus auto-*Ibid.*  
res, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio quod  
inducerent elegerunt, sed acceptam à Christo  
disciplinam fideliter nationibus assignauerunt  
Itaque etiamsi Angelus de cœlo aliter Euange-  
lizaret, anathema diceretur à nobis, &c.

**A**THANASIVS. Orthodoxa Ecclesia rectè  
legens & exactè sacras literas examinans, sei-  
psum inædificauit super petram &c.

**H**IERONYMVS. Cupio Scripturas Sanctas *In P. 5.*  
ingredi in Ecclesiam Dei.

**I**dem, Ecclesia non egressa est de finibus suis *In Mich. l.*  
hoc est, de Scripturis Sanctis. *I.c.1.*

**A**VGVSTINVS. Ecce Scripturæ communes. *Epist. 166.*  
Ecce vbi nouimus Christum: ecce vbi noui-  
mus Ecclesiam.

**I**dem. Nec Episcopis Catholicis consentien-*De unit.*  
dum, sicubi falluntur, ut cōtra Canonicas Scri-*Ecc. c. 10.*  
pturas aliquid sentiant.

**I**dem, Non audiamus: Hæc dico, Hæc dicis: *Ibid. 3.*  
sed audiamus, hæc dicit Dominus. Sunt certè  
libri Canonici, quorum authoritate vtrique  
consentimus, vtrique credimus, vtrique ser-  
uimus. Ibi quæramus Ecclesiam, ibi discu-

tiamus causam nostram. Et paulò post, Nolo  
humanis documentis sed Diuinis oraculis san-  
ctam Ecclesiam demonstrari &c. Quid ait Au-  
gustine? Quid igitur fiet monachis Ecclesiam

*Responsio ad Martyres he  
ret.* Romanam non Diuinis oraculis, sed humanis  
documentis demonstrare conātibus? Denique,

quod ait Assessor de Martyribus hereticorum,  
nullam vim habet: recte siquidem Augustinus  
docuit Martyrem non pœnam, sed causam fa-  
cere. Quamobrem iam notas Ecclesiæ ab Aser-  
tore assignatas operæ pretium est excutere: qui  
notas à Protestantibus assignatas non satis fœ-  
liciter excusavit.

## THEISIS XV.

**A**lia igitur Ecclesiæ internoscenda Symbola, ad  
veluti tesseras statuimus: quas ita diuinarum  
literarum auctoritate, comprobabimus, ut reiici non  
possint: ita Ecclesiæ Romane & Catholicae contuni-  
Prima Eccl re docebimus, ut aduersarij, si verum fateri velint,  
sive nota Clas negare nullaratione valcent. Harum prima est Ec-  
clesiæ Claritas atque splendor, qui ita in diuinis lite-  
ris exprimitur, ut is hominum cœtus, qui eo careat,

Ecclesia Dei censeri non possit. Hanc enim talem fo-  
ra. David in spiritu videbat, cum dixit in Persona  
Dei Patris, Et thronus eius ( scilicet Christi ) sicut  
Expositio- Sol in conspectu meo: Et sicut Luna perfecta in eter-  
ne 21. post num: & testis in cœlo fidelis b. Et rursum. In Sole po-  
med. Et trac. suit tabernaculum suum: id est, in manifestatione  
2. in Epi. posuit Sanctam Ecclesiam suam, aut ibi. Augusti-  
princip. nus non in occulto, non que lateat, ne forte sit sicut  
operta

a Psalm. 88.

38.

b Psalm. 18. Dei Patris, Et thronus eius ( scilicet Christi ) sicut  
Expositio-

Sol in conspectu meo: Et sicut Luna perfecta in eter-  
num: & testis in cœlo fidelis b. Et rursum. In Sole po-

med. Et trac. suit tabernaculum suum: id est, in manifestatione  
2. in Epi. posuit Sanctam Ecclesiam suam, aut ibi. Augusti-

princip. nus non in occulto, non que lateat, ne forte sit sicut  
operta

operta super greges hereticorum. *Quid tu heretice fugis in tenebras? quid latitare conaris?*

## THE SIS XVI.

**H**VIS modi etiam Ecclesiam verā fore, Isaias,  
a Daniel b. & Micheas c. significarunt, quum a C.12.  
Ecclesiam monti magno & conspicuo compararunt, b C.2.  
qui nullo modo potest abscondi: ut in ea loca Hierony. c C.4.  
& d. August. in Ioan. exponunt. Nec minus perspi- d Tract. i. in  
cuē hac eadem nota in novo testamento exprimitur. Epist. Ioan.  
Postquam enim Christus, Discipulos multos eorū ante med.  
at turba docuisse, sic eos totius Ecclesia personam ge-  
rentes alloquitur. *Vos estis Lux Mundi, non potest e Mat. 5.15.*  
*civitas abscondi super monte posita. Et alib. si quis, f Mat. 24.21*  
*inquit, vobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic,*  
*nolite credere. Et iterum, si dixerint vobis ecce in de-*  
*serto, ( quasi ubi non est frequentia multitudinis, ait g L. de uni-*  
*g. August.) nolite exire.* h In prefat.  
c. 20. in prim.

## THE SIS XVII.

**H**AIC autem notam Lutheranis, & Calvinis-  
nis cœribus minimè cōuenire, vel ipsi testes lo-  
cupletissimi sunt. Nam eorum aliqui, tantum abest  
ut veram Ecclesiam illustrem faciant, ut proorsus in-  
uisibilem constituant, quod tamen fraudulenter fa-  
ciunt, & ad suum tegendum errorem, & Catholico-  
rum obiectiones evitandas, quibus eos molestare so-  
lent, dum ubi nam eorum Ecclesia totos mille & am-  
plius annos latuerit, querunt. Ita h. Caluinus, Non i[n]stit[ut]o  
parum à verò, inquit, aberrant, dum Ecclesiam non med.

agnoscunt: nisi quam præsenti oculo cernant, Et infra. Fremunt nisi Ecclesia Dei semper ostendatur. Et rursus. i. Quin potius permittamus domino, ut quando ipse solus nos sit, qui sui sunt, interdū etiam Ecclesia sue exteriorē notitiam, ab hominū aspectu

<sup>a. ibid.</sup> k In Prole auferat. Ita k Brentius, vide, inquit, quod facit Peter contra Soto, Ecclesiam visibilem, & sensibus corporis

Sotum. perspectam. Ita ipsorum antesignanus<sup>1</sup>, Martinus

1 Tom. 2. p. 377. Lutherus: qui contra Ambros: Catharinum scribēs,

a Centur. I. veram Ecclesiam dicit spiritualem, solaque fide perceptibilem.

b In locis cō-

mun. s. de Ec-

cles §. I. &

in c. 7. Ioan.

p. 378.

c In loc. com.

p. 227. 230.

Et in respōs.

sed obscurum &

ad Art. Ba.

in primis sunt<sup>a</sup>,

Centuriaste,

qui portæ angustæ Eccle-

ua. Et in Ps. siam

comparant<sup>b</sup>:

Musculus,

qui duos aut tres Ec-

108. p. 852.

clesiam statuit,

in quorum medio Christus sit<sup>c</sup>:

Et seq. Et in

l. de Ecclesia

p. 120.

lanchto n,

qui Scholasticis exulantibus,

& Nomadi

bus eandem confert<sup>d</sup>:

Beza qui quadam tenue occul-

d In confes-

tari ait, adeò ut non nunquam funditus periisse vide

sua c. 5. §. 9.

atur. Hec autem omnia dum faciunt, clarum est eos

e L. 5. contra

Cresco. c. 66.

Ecclesiam talem,

qualem nobis litteræ diuinæ desi-

gnant, minimè designare: clarum est etiam, eosdem

4. c. 53. in

hæreticorum veterum vestigiis,

qui idem factitarūt,

prin. L. De

utilitate cre-

dendi c. 7.

Augustinus refert,

qui urgēte Augustino Ecclesiam

postprincip.

Catholicam toto orbe diffusam esse,

in paucis aiebat

veritatem esse, errare autem multorum.

Ita Mani-

chos

### THEISIS XVIII.

A Lij autem qui ita absurdī esse nolunt, sed & ipsi absurdī, Ecclesiam non illustrem cœtū, Et in respōs. sed obscurum & pusillum statuunt: quo in numero ad Art. Ba. in primis sunt<sup>a</sup>, Centuriaste, qui portæ angustæ Eccle- ua. Et in Ps. siam comparant<sup>b</sup>: Musculus, qui duos aut tres Ecclesiam statuit, in quorum medio Christus sit<sup>c</sup>: Me & seq. Et in lanchto n, qui Scholasticis exulantibus, & Nomadi bus eandem confert<sup>d</sup>: Beza qui quadam tenue occul- d In confes- tari ait, adeò ut non nunquam funditus periisse vide sua c. 5. §. 9. atur. Hec autem omnia dum faciunt, clarum est eos e L. 5. contra Cresco. c. 66. Ecclesiam talem, qualem nobis litteræ diuinæ desi- gnant, minimè designare: clarum est etiam, eosdem prin. & l. gnant, minimè designare: clarum est etiam, eosdem 4. c. 53. in hæreticorum veterum vestigiis, qui idem factitarūt, prin. L. De utilitate cre- dendī c. 7. Augustinus refert, qui urgēte Augustino Ecclesiam postprincip. Catholicam toto orbe diffusam esse, in paucis aiebat veritatem esse, errare autem multorum. Ita Mani- cheos

chaos<sup>f</sup>, itaq; aduersarium legis & Prophetarum factis L.32. cetera tasse, idem commemorat. De quibus ait ibidem. Omnes enim de paucitate gloriantur, et seducere si possunt Faustū cap. 17. in medio. multitudinem querunt. Nec dissimiliter de Euno- Aduers. legi nom. Basilius<sup>h</sup>: de Arianis<sup>i</sup>, Socrates: de Luciferia c. vi. in fine. Hieronimus: de Aetio Theodoreto<sup>j</sup>, commemo- h L.7. cōtra Euno. initio rat. i L.5. Hist. Eccl. 10.

## THEISIS XIX.

**O**rthodoxorum verò, longè alie audiuntur de Ecclesia voces, diuersa planè sententiae, qui dñ Ecclesiam esse veram fatentur illam, quæ conspicua claritas. & illustris sit, diuinæ scripturæ sunt conformes: dum autem suam huinsmodi esse probat, eandem quoque veram Ecclesiam esse conuincunt. Probare autem quā in principio. facile sit, & ipsi Protestantes non negant, qui nostra a Epist. 3. Ecclesie multitudinem tribuunt, suam autē in pau- post princip. cis quibusdam hominibus contineri libentissimis a- b L. De pre- nimis confitentur: & si negare velint, nullo negotio ca med. falsitatis conuinentur. Nam Ecclesiam Romanam c In Epist. ad (in cuius communione Catholici vivunt) singulis & Episcop: His- tatis illustrem & claram fuisse, auctores, qui iisdē Spānia & temporibus floruere, docerunt. Certè eius fidem A- finem. postolus <sup>a</sup>, dixit annunciarī in universo mundo, obe- d Epist. 55. dientiam diuulgari in omni loco<sup>b</sup>, Irenaeus omnibus sub finem. Semper notam afferuit. e Epist. ad Gratium in princ.

## THEISIS XX.

**D**E ea honorifice loquuntur<sup>a</sup>, Anacletus<sup>b</sup>, Parmen post Tertullianus<sup>c</sup>, Lucius Martyr<sup>d</sup>, Cypria- principium. nus<sup>e</sup>, Sixtus Martyr<sup>f</sup>, Optatus Mileuitanus<sup>g</sup>, l.3. cap. 1. cir- ca medium.

h Ep. 57. i pr. Ambrosius h, Hieronymus i, Augustinus k, An-  
 i l. de utilitate selmūs l, Bernardus. qui omnes ut diversis temporis-  
 te cred. c. 7. bus, ita fere in diversis regionibus vixerunt. Ponti-  
 k In 2. Ep. sicutum autem Romanorū vel certamina, vel doctrinā  
 ad Thes. c. 2. nam, vel ipsa etiam nomina, tempus etiam quo Ec-  
 in med. Epi. clesiam rexerunt, Historici, Eusebii, Socrates, So-  
 ad Rom. c. 1. zomenus, Theodoretus, Euagrius, Nicephorus, Pho-  
 Col. 9.  
 l In ep. 190. tius, Zonaras, Cedrenus, Graci, ut latinos omittam,  
 in prin. ita studiose annotarunt, ut obscuram qui dicere ean-  
 m Lutheri dem velit, ipse obscurissimus iure habeatur. Quid?  
 in supput. an quod nec aduersariæ partis auctores, in suis Chrono-  
 norum mun- logiis & Annalibus pontificum Romanorum vitā,  
 di fol. 7.  
 n In Chroni etatem, decreta prætermittunt m, Lutherus, Fictius,  
 ei. o In hist. de Pantaleon, o Sleidanus p, Carion q, Eberus, alii-  
 Statu relig. que, quorum opera, quum ubique extēt, quod à me  
 tempore ēa recenseantur, opus non est.  
 thol. v.

p Carion in  
 lib. de 4. Mo  
 uarch.

q In Caleu-  
 dario.

Psalm. 88.

Psal. 19.

Esai. 2.

Mich. 4.

Daniel. 2.

Matth. 5.

Matth. 24.

Prima Eccle-  
 sia nota. Cla-

ritas ab Affer-

ore pposita.

## C A P V T VI.

*Analysis Thes. 15, 16, 17, 18, 19, 20.*

**T**hronus eius sicut Sol in conspectu meo &  
 sicut Luna æterna & testis in cœlo fidelis.  
 In Sole posuit tabernaculum suum.  
 Esaias, Michæas, Daniel Ecclesiam cum mo-  
 te magno compararunt.

Vos estis lux mundi, inquit Christus, Nō po-  
 test ciuitas abscondi super montem posita.

Siquis vobis dixerit, Ecce hic est Christus,  
 ecce illic, nolite credere: si dixerūt vobis, Ecce  
 in deserto, nolite exire.

Ergo claritas & multitudo sunt Ecclesiæ in  
 eterno scendæ symbola ac veluti tesseræ, quæ qui-  
 dem

**d**em Ecclesiæ Romanæ conueniunt ( de qua Veteres honorifice loquuntur sunt ) non autem Lutheranis & Caluinianis qui suam Ecclesiam in paucis quibusdam hominibus contineri libentissimis animis confitentur.

## EARVNDEM REFVTATIO.

**P**ostquam aduersus notas Ecclesiæ à nostris Doctoribus assignatas Assertor disputauit: iam suam profert de notis Ecclesiæ sententiam, eāsque nobis commemorat: videlicet, Claritatem, Diffusionem, Antiquitatem, & aliquot alias de quibus sigillatim agemus. Sed antequam superius argumentum examinemus, quia solet Assertor Doctoribus nostris passim illudere: nos vicissim de Romanæ Ecclesiæ non sanè Doctoribus sed ductoribus & antesignanis aliquid dicere patiatur. Ergo, mi Assertor, in recensendis Ecclesiæ Romanæ notis tua te fefellit memoria qui præcipuas illius Ecclesiæ *Quenā* *sint* *notas*, ac tesseras prætermiseris: quas ego, ut tuis *vere note* *Ecclesiæ Ro-* *mane.* omnibus gratificer, ita tibi suggero. Pontificij pro notis suæ Ecclesiæ non habent synceram prædicationem & legitimum usum Sacramentorum ( nam ea sunt illis nimium obscura ) sed rebus externis delestantur & in illis adhæref-  
cunt. Itaque variis vestibus, atque omnibus cuiusque modi coloribus Ecclesiam distinctam habēt. Pontifex è summo folio, projecto pede, crepidam feraciam ostentat, ipsis etiam Regibus osculandam. Cardinales galerus purpureus

E.j.

illustres facit. Episcoporum mitræ bicornes in mediis templis eminent. Multiformes Monachorum turmæ Romanâ Ecclesiam exornant. Benedictini atrati, & cilicio cooperti referunt ~~reverendas~~ illas ~~in~~ ~~reverendas~~. Dominicani bicolores per medias vrbes volitant. Franciscani cineritij, intortis funibus reuincti, oblongo collo, pede seminudo vestigia figunt. Ac ne omnes recensem (libenter enim ex his sordibus euado) omnium postremi Iesuitæ (vt illi quidē loquuntur, at, vt ego malo, Iscariotæ) togati simul & palliati, pōparum ferculis similes incedunt: ac, nisi me coniectura fallit, hoc suo vestitu significant, se reliquis omnibus Monachis togam & pallium propediem esse detracturos. Hæ sunt, ne posthac erres, mi Affertor, verissimæ notæ Ecclesiæ Romanæ, quas à te prætermissas minime oportuit.

*An Protestantium Ecclesia paucis quibusdam hominib. contineatur.* Nos autem, vt Ecclesiam ex hominum multitudine non metimur, ita amplificationem regni Christi & Ecclesiæ propagacionem à Deo votis omnibus expetimus, & quantum est in nobis procuramus. Atque ipsi Deo gratias agimus, quod iam passim luceat Euangelicæ doctrinæ veritas, vobis omnibus Monachis dolentibus, & tenebras errorum vestrorum, quantum in vobis est, ipsi veritati certam offundentibus.

*Error superioris argumentationis.* Scd iam nobis ad tuum argumentum accendum est.

*Locus Psal. 89. exponi- zur.* Huiusce tuæ argumentationis fallit Consequens, propter locos in Antecedente citatos, à te male intellectos, & peius etiam accommodatos.

*Car Iesuite sint togati simul & palliati.*

datos. In Psal. 89, Vates loquitur de throno Christi quem thronus Davidicus adumbravit: nec de eius externo splendore, sed de eius firmitate differit. Sic enim ille, Semen eius, inquit, in æternum erit, solium eius coram me ut Sol perstabit: firmum ut Luna manebit &c. Meminit autem Solis & Lunæ, non propter diffusam vtriusque lucem ( vti existimas ) sed propterea quod corpora illa cœlestia non sunt obnoxia corruptioni, ut sunt corpora inferiora. Et illud loquendi genus saepe occurrit in Sacris literis.

Nam ad lucem quod attinet, longè aliter veteres Solis & Lunæ similitudinem usurpant. Sic <sup>Hexaem. k.</sup> <sub>4.c.8.</sub> enim Ambrosius: Ecclesia, inquit, sicut Luna, defectus habet & ortus frequentes. Qua etiam similitudine Augustinus aliquando delectatus <sup>Fp. 48.</sup> est. Locum ex Psal. 19. ex Græca interpretatione, non autem ex Hebraica veritate recitaasti: ac <sup>Locus Psal.</sup> <sub>19. Exponit.</sub> miror te non inde fuisse saltem Hieronymi auctoritate reuocatum. Sic enim legendum est: <sup>In Vers. Ps.</sup> Soli posuit tabernaculum in eis: videlicet, coeli, quod ipse Hieronymus agnouit. Nec sat video quamobrem Ecclesiæ Romanæ probationem arcessas à Sole & Luna: quandoquidē Romani Pontifices terreno splendori tanto pere dediti sunt, vt de cœlesti luce nihil cogitent: nisi fortè tuū Pontificē proferas qui ( fortassis alludens ad ea quæ scripta sunt in Apocalypsi) Anni seriē non ita pridem immutauit: atq; non Theologum agens sed Astrologum, Solis cursum nobis definire voluit: & sic de Sole cogitās, quodam certè modo de cœlo cogitauit. Ex quo

E.ij.

*Quomodo Pontif Gre-  
gor. XIII. an-  
no superiore  
proximo de  
cælo cognita-  
uerit.*

Pontificij plerique, ut laudes eius magis magis que prædicent, iam illi solent versum hunc Dauidicum, ex veteri versione accommodare: In Sole posuit tabernaculum suum. Verum enim uero eiusmodi argumēta parum nos mouent.

*Loci ex E-  
saia, Michæa  
& Dani le  
exprimitur.*

In locis Propheticis quos obiectas, similitudo montis futuram Ecclesiæ amplificationem imprimis significat. Id quod impletum fuit Gentibus per Euangelij prædicationem in Ecclesiā aſſumptis, quæ anteā ſolos Iudeos continebat. Hæc omnia nos etiam agnoscimus: sed negamus nomine montis significari Ecclesiæ Romanæ cliritatē, ut dicas, vel ſublimen illam potestatem quam tuus Pontifex ſibi arrogauit, dum summos Imperatores, tanquam excelsos montes, ſuis pedibus ſubiecit. Lōgē melius Hieronymus, qui ut reddat rationem cur Ecclesia mons aliquando nominetur: Mōtem, inquit, Sion, aut Ecclesiā intelligimus, quæ interpretatur ſpecula, & in altitudine Sancto-

*Loci ex Mattheo expo-  
nuntur.*

*De ferm. D.  
in mont. c. II.*

*Contr. Aria.  
Or. 2.*

rum dogmatum constituta eſt. Et quæ profers ex Matthēo de Apostolis qui dicūtur lūx mūndi, & de ciuitate ſuper montem poſita, Augustinus tum de veritate & luce doctrinę, tum de bonis operibus exponit. Et huic alludēs Athanasius: Ecce, inquit, iam nos ex ſacris Scripturis fidenter loquimur de religioſa & pia fide, quaſi candēlam ſuper candelibrum collocantes &c. Quare, mi Aſſertor, quoties voles montes accommodare tuæ Ecclesiæ, veltuo Pontifici, profer hos locos potius: Septem capita, ſeptem montes ſunt ſuper quos mulier ſedet: Item.

Omnis

Omnis mons humiliabitur & si quæ occurrant  
consimilia.

Quod citas etiam ex Matthæo. Siquis vobis Matth. 24.  
dixerit, Ecce h̄ic Christus, ecce illic nolite cre- Assertor ipse  
dere &c. tuā planè sententiā refellit. Nā vel ex se refellit.  
eo loco manifestè colligitur, Ecclesiā nō neces-  
sariò in externa luce, vel, vt loqueris, Claritate  
ita versari vt omniū oculis pateat. Possūt enim  
incidere tempora quibus vbi sit Christus diffi-  
cilius dignoscatur, (vt s̄epe nimis accidit) nēpe  
errorum tenebris vbiique diffusis. Sed tuū istud  
consequens incōmodis obrutus, hoc modo.

Si exterior Claritas & Melitudo sunt essen- Assertor in  
tiales, certæ, ac propriæ nota Ecclesiæ, adçò vt cōmodis vr-  
qui illas non habeant, non sint de Ecclesia (vt getur.  
vult Assertor) Ergo hi Scripturæ loci stare non Loci Script.  
possunt, (quod absit.) Vbi sunt duo vel tres ritatē ab Af- contra Cha-  
congregati in nomine meo, illic sum in medio sertore propo-  
eorum. fitam. Matth. 18.

Reliqua feci mihi septem millia virorum Rom. 11.  
qui non flexerunt genu idolo Baal.

Si fuerit numerus filiorum Israel vt arena Rom. 9.  
maris, reliquiæ seruabuntur.

Nisi Dominus reliquisset nobis semen, facti Ib.  
fuissemus vt Sodoma Gomorrha similes.

Multi fuerunt dies Israelis absq; Deo verita- 1. Paral. 15.  
tis, absque sacerdote monente & absque lege.

Erit desolatio multa in terra & erit tamen Ez. 6.  
adhuc in ea decima.

Eritis sicut quercus cuius folia defluunt. Ez. 1.

Obtenebrati sunt oculi nostri propter mortē Thren. 5.  
Sion quia dispersit, vulpes habitauerunt in eo.

E. iij.

*Terem. 7.* Faciam huic domui super quam inuocatur nomen meum, & qua confiditis: & huic loco quem vobis dedi & maioribus vestris, sicut feci Silo: & vos reiiciam à facie.

*Esa. 24.* Sic erit in medio terræ , in medio populo rum, vt si quis oleas decutiat, aut faciat racemationem, vindemia consummata.

*Ez. 65.* Quemadmodum quum acinus in botro reperitur, aliquis dicit, Ne perdas eum, quia est in eo benedictio: sic faciā propter seruos meos ne cunctos perdam: & producam semen ex Iacob & de Iuda qui possideat montes meos , & possidebunt eum electi mei, & serui mei inhabitabunt ibi.

*Amos. 3.* Ut Pastor eripit ex ore leonis duo crura aut extremam auriculam , sic eripientur filij Istraelis &c.

*Mich. 7.* Nælæteris,inimica mea, propterea quod cecidi: resurgam : & si in tenebris sedero, Dominus lux mea est.

*Psal. 80.* Aper è saltu cam vastat & omnis generis feræ que in agris degunt eam depascuntur, Domine redi obsecro, inuise vineam istam &c.

*Luc. 12.* Ne time parue grex,nam visum est Patri vestro dare vobis regnum. Filius hominis quem venerit, num reperturus est fidem in terra?

*Math. 24.* Multi Pseudoprophætæ surgent ac seducent multos & quoniam multiplicata erit iniqüitas, refrigescet charitas multorum.

*Act. 20.* Hoc noui , post discessum meum i pos graues non parcentes gregi ingressuros esse in vos, & ex vobis exorturos qui loquantur peruersa,

vt discipulos post se abstrahant. &c.

Erit tempus quum sanam doctrinam non tolerabunt, sed auribus pruriētes ipsi sibi pro suis <sup>z.</sup>*Tim. 4.* cupiditatibus coaceruabunt Doctores, & à veritate quidem aures auertent, ad fabulas verò conuertentur.

Non veniet dies Christi, quin venerit defētio priùs & detectus fuerit homo ille sceleratus, filius perditionis &c. <sup>2.</sup>*Theſ. 2.*

Peperit filium masculum recturum omnes <sup>Apoc. 12.</sup> Gentes virga ferrea, & raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius: Mulier verò fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum à Deo, ut illic pascat eam &c. Datae sunt mulieri aliae duae aquilae magnae, ut volet à conspectu serpentis in desertum in locum suum, ut alatur ibi per tempus & tempora & dimidium temporis, &c.

Admirans vniuersa terra sequuta est bestiam &c. Datum est ei bellum gerere cum sanctis & eos vincere, & data est ei potestas in omnem tribum, linguam & Gentes. Et adorabunt eam omnes incolae terrae, quorum non sunt scripta nomina in libro vitae. Atqui &c. <sup>Apocal. 13.</sup>

Ex his autē omnibus & plerisque alijs locis consimilibus perspicuum est eam fuisse sub veteri Testamento & sub Nouo, esse & fore conditionem Ecclesiae, vt remanente in Electis Dei fidei integritate( qua ipsius Ecclesiae anima vitaque continentur) variis sit mutationibus obnoxia: ac propterea nullum esse quod Assertor affirmauit de Claritate &

*Act. I.**Act. II.**Act. XX.**Vid. Tert.**Apolog. Iu-**stin. Marty.**Arnobium.**Epist. Pliniq**Iun. &c.*

Multitudine, quam voluit esse ipsius Ecclesiæ dignoscendæ notam perpetuam ac certissimam: ut mihi non sit à primis usque temporibus historia Ecclesiæ repetenda: atque imprimis cōmemorandum, quemadmodum olim Christiani modò priuatis domibus inclusi, modò in antris ac speluncis cœtus Ecclesiasticos habuerint, sœiente infidelium furore. Quamobrem hæc distinctio nobis obseruanda est: Splendor Ecclesiæ aut is dicitur, qui Interior est, aut, qui est Exterior. Interior in doctrinæ puritate potissimum consistit. Exterior in amplitudine & tranquillo statu Ecclesiæ. Splendor ille interior nunquam Ecclesiam deserit: At exterior, sœpe deficit, neque ex eo estimanda est Ecclesiæ constantia. Id quod spero ex locis superioribus esse manifestum.

*Responsio ad**testimonia**Veterum ex**ipsis Veteris**bus petita.*

Sed quia noster Asser tor aliquid etiam de veteribus obiecit, Ecclesiam Rom. commendantibus, sic habeat. Quandiu Ecclesia Romana doctrinam Apostolicam retinuit, eam apud Veteres in summo pretio fuisse. Sed hoc nihil fortius est argumentum, quām si quis illa vībis Romę encomia quæ passim extant in Veterum monumentis vélit ad ea rudera quæ nūc tantum supersunt accommodare. Sed præstat audire ipsos veteres istam Claritatis & multitudinis notam ab Assertore propositam euententes.

*Exhort. ad**cast.**De penit.*

TERTULLIANVS. Vbi tres sunt, Ecclesia est, licet Laici. Idem, In uno & altero Ecclesia est: Ecclesia vero Christus.

CHRY-

**CHRYSOSTOMVS.** Quid mihi cum multitudine? malo vnum pretiosum lapidem quam obolos multos. *Ad pop. Antioch. hom. 26.*

Idem. Quum videritis hæresim impiam quæ est exercitus Antichristi, stantem in locis sanctis. *In Matth. hom. 49.*  
Etæ Ecclesiæ: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: hoc est, qui sunt in Christianitate conferant se ad Scripturas: quoniam ex quo obtinuit hæresis illas Ecclesiæ, nulla probatio potest esse veræ Christianitatis neque refugium Christianorum, aliud quam Scripturæ Diuinæ.

**HIERONYMVS.** Ecclesia ibi est, vbi fides vera est, &c. Non in parietibus consistit, sed in dogmatum veritate. *In Ps. 133.*

**AVGVSTINV S.** Ecclesia est Sol, Luna & stellæ, &c. Quando Sol obscurabitur & Luna non dabit lumen suum & stellæ cadent de cælo, Ecclesia non apparebit, impiis tunc persecutoribus ultra modum sanguinibus.

Idem. Ipsa est Ecclesia quæ aliquando obscuratur & tanquam obnubilatur multitudine scandalorum, quando peccatores intendunt arcum ut sagittent in obscura Luna rectos corde &c. Illi qui tunc firmissimi fuerunt & verba hæreticorum insidiosa intelligere potuerunt, pauci quidem in cōparatione cæterorum, sed tamē ipsi quidam pro fide fortiter exulabant, quidam toto orbe latitabant: ac sic Ecclesia, quæ per omnes Gentes crescit, in frumentis Dominicis conservata est. I, nunc, Assessor, & si potes redi in gratiam cum Augustino, qui tam expressis verbis tuam istam Claritatis & multitudinis notam *Claritas & Multitudo; palearū Pontificiarū notitiae illustres.*

deleuit. Atq; etiam ( si ita vis ) gloriare multis illis ac perspicuis Ecclesiæ tux paleis: quas tibi libentissimis animis relinquimus, frumentis illis Dominicis adhærescentes, & cum iis qui veritatem Euangelicā constanter retinent (quę Dei est gratia) perseverātes. Quod si teipse audias, Claritatem, Multitudinem, Diffusionē, Antiquitatem & cætera eiusmodi tanquā veras Ecclesiæ notas tantopere cōmendantem, erit sanè tibi (quod absit) ad Mahumetanos trāfēūdū qui Claritate, Multitudine, Diffusione Romanā Ecclesiam vestram longè latēque superant. Et quod ad Antiquitatem attinet, si quis temporum rationem recte subduxerit, comperiet circiter prorsus idem tempus Romani Pontificis tyrannidem in Occidente planè crupisse, quo in Oriēte Mahometes à Sergio monacho edoctus, summo cū omnium piorū luctu exortus est. Sed age, reliquas tuas notas sigillatim expendamus.

## THESES XXI.

**H**ic nō absimilis, altera Ecclesiæ nota est, qua Secunda Ec- sparsa atque fusā in diuinis literis, per omnes clesiæ nota, orbis partes, dicitur. Ac primum quidē, de Ecclesiæ amplitudo. propagatione in 2, Psalm. habetur. In omnem terrā exiuit sonus eorū: & in fines orbis terre verba eorū. a 18. v. 5. b Rom. 10. ver. 18. c Psal. 2. v. 8. Quem locum de Ecclesiæ intelligi, Apostolus Paulus, locupletissimus testis est, Et alibi c, huius per orbem Ecclesiæ dispersionis, promissio inuenitur: Fi  
lius

Ius meus es tu, mōxque de Ecclesia subiicitur: Da- d L. de uni-  
 bo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tu- tate Eccles.  
 am terminos terra. Nemo Christianus ait Augusti- c.8.initio.  
 nus, hanc hereditatem, aliud esse quam Ecclesiam 11.49.ver.6.  
 unquam intellexit. Et ut alias veteris Testamenti obscurores Prophetias, quee, in Isaia, f, Hieremia, g c.37.v.28.  
 b, Ezechiele<sup>h</sup>, Daniele<sup>i</sup>, Aggeo<sup>k</sup>, Micheal<sup>l</sup>, Sopho- b c.2.v. 34.  
 niam<sup>m</sup>, Zacharia<sup>n</sup>, Malachia, aliiisque inueniuntur, k c.4.v.1.  
 pretermittam, clarissima sunt illa Ncui Testamen- l c.3.v.8.  
 ti loca, quibus o, Apostoli iubentur docere omnes ge- m Zach. 9.  
 test<sup>p</sup>, predicare Evangelium omni creature, & Chri- v.10.  
 sti testes fieri, non solum in Hierusalem, & in o- n c.1.ver.11.  
 mri Iudea & Samaria, sed usque ad ultimum ver.19  
 terre. p Mar. 16.  
 v.15.

## THEISIS XXIII.

**O**b huius notæ in Ecclesia Protestantium defe-  
 ctum, illis obiicio, ut Augustinus Petiliano a al.2.cont.11.  
 Donatiste, Schismatis crimen. Quod tu negabis, in- ter. Petiliani  
 quit, ego antem statim probabo. Néque enim commu- c.46.in me-  
 nicas omnibus gentibus, & illis Ecclesiis Apostoli- dio.  
 lico labore fundatis. Quam obiectionem, si aduersari-  
 e effugere volent, ostendant oportet sectam suā lon-  
 gè latēque per orbem terrarum diffusam. Quod nun-  
 quam valebunt, cum certum sit eandem in paucis  
 Septentrionis regionibus esse conclusam: mare nun-  
 quam pertransisse: in Africa, Asia, precipuis orbis  
 partibus, de ea nunquam auditum, Europe autem  
 nullam prouinciam integrè occupare.

## THEISIS XXIII.

**Q**uin et si, quod absit, virus hoc pestiferum ad plurimas provincias se diffunderet: non ideo magis esset Ecclesia, quoniam non una protestantum est secta: sed tot tamque inter se pugnates, ut magis a se inuicem, quam a Catholicis in plurimis dissideat,  
 a L. De Pa- quod supra a nobis probatum est. Vnde pulchre Au  
 storibus cap. gustinus docet Ecclesiam esse ubique, & Haresim ali-  
 8 in fine. quando esse ubique, sed Ecclesiam unam & eandem  
 esse ubique, Hereses autem non easdem, sed diuer-  
 sas, quae se non nouerunt. Quare cum eodem Augu-  
 b Tract. 3. in stino concludo<sup>b</sup>. Tenemus hereditatem Christi, illi  
 Epist. Ioan. eam nontenent, non communicant orbi terrarum,  
 post med. non communicant uniuersitati redemptae sanguine  
 Domini, securis sumus de unitate hereditatis. Quis-  
 quis huic hereditati non communicat foras exiuit.

## THEISIS XIV.

**N**ec est quod Ecclesia Romana obiciant, fidem  
 etiam eius non omnes orbis partes obtinere in  
 presentia: sed plurimas, Gentilium erroribus infe-  
 etas, nonnullas etiam variis Heresibus per multa  
 c Epist. 80. in secula additas esse. Neque enim hoc quicquam  
 ad Hesych. cause nostra officit. Nam ut sapientissime D. Augu-  
 stinus observauit, non est necesse, ut Christi Fides eo-  
 dem tempore omnes mundi regiones peruagetur,  
 ut omnium gentium & popolorum esse dicatur: sed  
 satis est, ut successione, & per partes ad omnes diffun-  
 datur. Ecclesia autem Romana fidem non esse diner-  
 tholice &  
 Romanam ab ea, que uspiā in orbe primum predicata est,  
 Amplitudo. aduersari nec ostenderunt habent, nec unquam o-  
 fendent,

stendit, quod & infra patebit clarius.

## THEISIS XXV.

**Q**UAMVIS quid opus est, ut huc denuniamus, Vide Osorius  
quum etiam modo longè Ecclesia Romana fi- in hist. de ge-  
des diffusa per orbem sit? Nam prater Italiam, His- stu Emanuel.  
paniam, Galliam, & maiorem Germanie & Poloniae manuel. A- Reg. Et E-  
partem, in Boemia, & Vngaria, Anglia & Grecia, constat in-  
Syria & AEgypto, infiniti Catholici inueniuntur, comment re-  
qui etiam suos Episcopos habent. In nono ane orbe, rum in orien-  
in quatuor mundi plagis, in Oriente quidem, in Ma- te gestarum.  
laca. Gōa, Commorino, & ceteris vicinis gentibus: a Anno 160.  
in Occidente, in America: in Septentrione, in Iapo- Beda. lib. 1.  
nia: in Meridie, in Brasilia, & exteriore parte A- Hist. Angl.  
phrice, Romana fides absque heresis admixtione in- c. 4. & Po-  
uenitur. lidoru lib. 2.  
**b** Hector Bo  
ethus in hist.  
Scotiorū &  
Ioā. Leslie.  
Gagné lib.

## THEISIS XXVI.

**Q**VIN & in ceterarum regionum plerisque, in d Beda. l. 1.  
quibus religio Christiana vel obscurata, vel & 2.  
penitus extincta est, Ecclesia Rom: Christi fidē disse c. S. axo. Grā  
minauit, ut grauiissimi authores memorie prodide mat. l. 9. hist.  
runt: ut in<sup>a</sup>, Britannia Eleutherius per Fugacium f Platina in  
& Damianum: in<sup>b</sup>, Scotia Cœlestinus per Paladiū: eorum vitis.  
in<sup>c</sup>, Theolosatibus per Exuperium, <sup>d</sup>in Anglia seu g. Carion,  
Britannia per Saxones demicta Grecorius per Augu. Functius.  
stium Monachū, <sup>e</sup>in Dania Agapetus, <sup>f</sup>in Boēh. Aeneas  
mia Stephanus, <sup>g</sup>in Noruegia Adrianus 4. in Bul. Syl. in hist.  
garia Nicolai primus, <sup>h</sup>in Germania, Gregorius Boemicas.  
Secundus<sup>i</sup>, Hungariam autem, Moraniā, Polo- Cosmerus in hist. Polon.

niam & Prussiam, D. Adalbertus, aliasque Septem  
trionis regiones, Episcopi alij, qui in Romanae Eccle-  
sie unitate vixerunt, ad Christum adiunxere.

## THEISIS XXVIII.

a Emanuel  
Acosta. Su-  
rius. ann. 42.

**E**Tiam nostro tempore India i, & Schismatics  
Maronita, AEthiopes etiam nonnulli Ecclesiae  
accesserunt, eorum opera, qui sunt à pontificibus Ro-  
manis eō, ipsorum salutis causa, destinati. Aduersari  
j autem tantum abest, ut illos unquam populos Ec-  
clesiae aggregarint, ut plurimos, qui prius recte de  
Deo sentiebant (cum prius eos ex Ecclesiae Romane  
gremio abstraxissent) in Anabaptismum, in teterri-  
mos aduersus SS. Trinitatē errores præcipitauerint.  
Huiusmodi enim omnes ex se exiisse clarum est &

b In com. in b, Lutherus & Ioannes Gastius, ut alios omittam,  
Genes. p. 609. conseruentur. Tantum etiam abest ut cum vetere Ec-

c Lib. 2. de clesia, quod tamen unicum est universalis & Catho-  
exordio & lice fidei, ratione loci, argumentum, communicente  
erroribus A- (de quo infra copiosius) ut maiores suos gentium d,  
nabaptista singularum Apostolos, ut in Germania Sanctum  
d Vigandus Bonifacium: in Phrisia VVidebordum: in Hollan-  
in. de bono dia Suibertum, in Anglia Augustinum, aliosque a-  
& malis libi idolatriæ, ignorantia, superstitionum, & meri  
Germanie Antichristianismi nomine condemnent: & se omni-  
66. & Beza bus qui præcesserunt ab Apostolorum temporibus in  
in vita Cal-pudentissime preferant.

CAP.

## C A P V T VII.

*Analysis Thes. 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27.*

**I**N omnē terram exiūt sonus eorū & in finibus orbis terræ verba eorum. Dabo tibi Genota Ecclesiæ *Diffusio. 2.*  
 tes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Docete omnes Gentes prædicate *Thes. 21.*  
 Euangeliū omni creaturæ. Eritis mihi testes ad 28. pa. 13.  
 usque ad ultimum terræ. Adde locos Propheticos de Ecclesiæ propagatione disserentes, & quod Rom. 10. *14. 15.*  
 dicit Augustinus aduersus Donatistas. Ergo diffusio Ecclesiæ per omnes orbis partes est certa *Psalm. 2.*  
*Matt. 28.* *Marc. 16.*  
 nota veræ Ecclesiæ. Hęc autē conuenit Ecclesiæ *Ef. 2.*  
 Romanæ non autē Ecclesiæ Protestantū. Nam *Herem. 17.*  
 præter Italiam, Hispaniam &c. In nouo etiam *Aug. de V-*  
 orbe in America, in Iaponia: denique in qua-  
 tuor illius mundi plagiis Romanæ fides absque  
 hæreseos immixtione inuenitur. Quinetiam  
 (quod absit) si virus hoc pestiferum ad pluri-  
 mas Ecclesiæ se diffunderet non ideo magis  
 esset Ecclesia, quia non vna Protestantium est  
 secta.

Si obiicitur, fidem Ecclesiæ Romanæ *Respon. Af-*  
 non omnes orbis partes obtinere in præ-  
 sentia: *fert. ad ob-*  
*iect. Protes-*  
*tantium.*

Respondeo ex Augustino, satis esse ut successores *De Pastoriis.*  
 suè, & per partes ad omnes diffundatur. Protes-  
 tantest autem nullos populos Ecclesiæ aggredi-  
 gant, sed plurimos in Anabaptistum & teter-  
 rimos aduersus Sacro Sanctam Trinitatem er-  
 rores precipitauerunt.

**C**ur hanc notam à superiore noster Asser-  
tor separauerit, non satis video: atque ve-  
lim ea repetita quæ à nobis paulò antè dicta  
sunt ad huius etiam argumentationis solutio-  
nem. Quare satis erit partes huius argumenti  
breuiter excutere.

*Excutitur  
argm.  
Loci Scriptu-  
ra obiecti ex-  
ponuntur.*

Quod ad Antecedēs attinet, nolumus nunc  
de genuina locorum quos citat expositione vi-  
lam mouere controuersiam. Fatetur eam esse  
dispositionem Ecclesiæ, ut post Christum exhi-  
bitum, Gentes fuerint in Ecclesiam cooptan-  
dæ, quæ solos antea Israelitas continebat: at-  
que eò locos nobis obiectos, referimus.

Cōsequens, si requirit ut vno eodemque tem-  
pore Ecclesia diffusa sit per vniuersum terrarū  
orbem, vt sit vera Ecclesia, planè falsum est: tol-  
lit enim ipsius Ecclesiæ Christianæ primordia,  
imò tollit omnino veram Ecclesiam: sequere-  
tur enim nullam adhuc veram Ecclesiam usquā  
fuisse, quia nondum ubique fuit. Quinetiam  
Assertor, seipsum propemodum reuocans, ait,  
satis esse ut successuè fiat ista diffusio quā pro-  
ponit. Quid igitur habes, mi homo, cur tan-  
topere Protestantibus succenseas? An quia re-  
formatæ eorum Ecclesia nō dum ubique diffusa  
est? At tua isthæc Diffusio successuè non il-  
lud requirit.

An verò quia Protestantium Ecclesia non fuit  
antea diffusa? Verùm ne id quidem postulat tua  
Diffusio. Nam si respondeam, expectādum esse,  
dum

dum id successiuè fiat, certè tuæ Diffusionis successuæ satisfecero. Verum enim uero sic habeto. Ea quæ citas de Gentium vocatione & de propagatione Ecclesiæ per Apostolicam præ-dicationem, ea inquam ad nostram Ecclesiam Diffusio  
qua loquitur  
Scrip. ad Pro  
test. Ecclesiæ  
pertinet. pertinent: & (quando ita vis) hæc est nota no-stre Ecclesiæ. Eam enim doctrinam nos pro-fiteri ostendere parati sumus, quam Apostoli annuntiariunt: quorum, inquis, sonus in omnem terram exiuit. Ea nāque tenemus, credimus, re-veremur quæ Apostoli Corinthiis, Galatis, Ephesiis, Romanis, & aliis Gentibus scripsierunt. Quod si velis Ecclesiæ & prædicationis Eu-an-gelicæ diffusionem & amplitudinem quæ fuit Apostolicis temporibus, eandem perpetuò ma-nere, tecum ipse pugnas: & quod, longè grauius est, pugnas cum expressis illis Scripturæ locis, quos in capite superiore proximo recitaui, de Apostasia quam Apostoli futuram prædixerūt, & de populis bestiæ, hoc est, Antichristum a-doraturis. Quintam te ipsa experientia con-uincit, quū Orientales Ecclesiæ ab ipsis Apo-stolis fundatæ iampridem, magno piorum o-mnium dolore, euersæ sint. Atque utinam in memoriam redigas ea quæ paulò ante nobis obiecisti, quum primam Ecclesiæ notam in So-le & Luna collocares. Ecquis enim Solem non nisi meridie lucere vñquam dixit? Affertoris  
argumenta  
in ipsum re-torquentur. Quis vñquā putauit Lunam non lucere, nisi pleno orbe re-fulgeat? Quum autem nobis Sol occidit, num cum propterea extinctum esse credimus? Mini-mè gentium. Quid ergo? Nempe Sol ita diffun-

F.j.

dit suos radios, vt nō simul & eodē tēpore, oēs totius orbis terrarū partes, illustret: sed ab aliis recedens, ad alios accedat, ac nihilominus maneat idē Sol, licet nostris oculis aliter videatur.

*Respons. ad  
testimonia  
Veterum.*

Disputatio Augustini aduersus Donatistas ne nos attingit quidem, imò in vobis potius quadrat qui Ecclesiā non in vna tantūm orbis parte (quod Donatistæ faciebant) sed in vna etiam vrbe includitis, dū de fidei doctrina, dēq; ipsa Ecclesia ex solis placitis Ecclesiæ Ro. iudicatis.

*Responsio ad  
argumētum  
America-  
num.*

Sed ecce, nobis etiā obiicis Americanos, Iaponenses & quatuor plagi noui orbis, in quibus dicis Romanæ Ecclesiæ fidem inueniri. Sed si vera est historia noui illius orbis quam in manibus habemus, profectò non magnā inde gloriam tui Pontificij reportarunt. Nam in novo illo orbe amplius decies centena Barbarorum millia aut fame aut gladio perierunt. Atque hęc præclara est, scilicet, Ecclesiæ Romanæ diffundendæ ratio, quam vos Monachi non veremini etiam commendare: ac fortasse hęc verba, Ite, docete, omnes Gentes, quæ vobis vulgo accommodatis, vos perinde accipitis, vt si scriptum esset: Ite, necate omnes Gentes. Certè adhuc experientia docuit, vos necandorum hominum, quam docendorum fuisse studiosiores.

*Virus Affer-  
toris excusi-  
tur.*

Denique (vt ad tuum virus accedamus) Si inquis (de Protestantib<sup>o</sup> loquēs) virus hoc pestiferū ad plurimas Ecclesias se diffunderet, nō ideo magis esset Ecclesia, quia non vna Protestantū est secta. De tuis hisce verbis, adeōq; de teipso, qui non veritus es, sacram Dei veritatem, virus appell-

appellare, Dominus iudicabit. Nos autē ex his  
tuis verbis te ipsum redarguemus, tuāmque sen-  
tentiam pestiferam euerteimus, hoc modo:

Si Protestantū Ecclesia non esset dicēda Ec-  
clesia licet lōgē latēq; diffunderetur (vt aīs, non  
iam disputans sed cōuitians) Ergo diffusio non  
est certa Ecclesiæ nota, quod tamen probandū  
fūsceperas. Sed enim nos isthæc tua, vel argu-  
menta, vel maledicta, nihil morati, Ecclesiæ no-  
stræ propagationem, Dei beneficio eam esse vi-  
demus, vt non modò pleræque Gentes iugum  
Romani Pontificis omnino excusserint, sed nul-  
la sit prouincia in Europa in qua non sint plu-  
rimi Reformatæ Ecclesiæ addicti, & Euange-  
licæ veritatis doctrinam nobiscum ample-  
ctentes.

Nec Anabaptistarū & Nearianorum errores  
nobis imputandi sunt, quos omnes (absit verbo  
inuidia) longè studiosius ac diligentius refuta-  
mus, quām vos ipsi: quibus hoc vnum proposi-  
tum est, toto impetu in nostram doctrinā, hoc  
est, in Euangelicam veritatem ferri. Ac videris  
eorum oblitus, quæ de veteribus hæreticis iam  
sapius à te commemorata sunt: qui licet olim  
eò plures exorti fuerint quò maior fuit Eccle-  
siæ propagatio: nemo tamen verè Christianus  
ortum hæreticorū Ecclesiæ propterea tribuit,  
vel eorum labem Ecclesiæ puritatī vnquam af-  
persit. Rectè siquidē Tertullian, Etiā de mitis De prescri-  
bentia nucleo ventosa caprificus exurgit. Inquit. heret.

De eo quod obiicis nostram Ecclesiam (quā  
sectam vocas ipse Sectarius) nō vnam esse (quo

*virus affer-  
oris in ipsa  
reторнетur.*

*Obiectio de  
hæreticis ho-  
diernis dissol-  
uitur.*

Cap. 12.

baculo licet arundineo præcipue, ut video, niteris) infra suo loco differemus, ne, si res ipsas confundamus, tibi fortè similes esse videamur.

## THEISIS XXVIII.

Tertia Eccle  
sie nota an-  
tiquitas.

a Lib. de pre-  
scripsiōne:  
cap. 14. in

b Lib. 6. de

Trinitate, an-

chium & Oceanum:

c In Episto-

docere nos niteris,

chium. De er-

fuit. Et alibi<sup>d</sup>

Contra Lu-

eifer: in fine.

**T**ertium Ecclesiae vere signum est Antiquitas, quo patres ad Heresēs comprimendas, & probandas veluti Lydio Lapide vſi sunt. Qui estis vos (inquit <sup>a</sup>, Tertullianus) unde & quando venistis? Et<sup>b</sup> Hilarius, Tarde, inquit, hos piissimos Doctores etas nunc huius seculi protulit: serò hos habuit fides mea: Et Hieronymus, in Epistola ad Pammatem diuinum. cur post quadringentos annos in Epistola docere nos niteris, quod ante nesciuimus? vſque in la ad Pāma hunc diem, sine ista doctrina mundus Christianus chium. Et hoc ipso, inquit, quod posterius in- toribus Ori- genis Tomosstituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apo- stoli post me- lus prenuncianit. Quibus patrum vocibus, ut olim heretici vehementer urgebantur, sic & nostra tem- pestatis Protestantes, & iure incessimus. Ecclesia e- nim vera deficere & errare non potest, ac proinde illa Ecclesia, qua iam recentem ortum habet, post tot se- cula huiusmodi esse nequit.

## THEISIS XIII.

<sup>a</sup> Mat. 16.  
<sup>b</sup> 12.

**A** Cprimum quidem Diuina litera abunde te-  
stantur. Nam Ecclesiam supra Petram edifi-  
catam, & aduersus eam ne portas quidem inferi p̄-  
halituras, in Mattheo habemus. In eadem, Christū  
futurum <sup>a</sup> vſque ad consumationem seculi, idem te-  
statur

statur. quam Christi promissionem Apostolis factam ad ceteros quoque, qui in Ecclesia sequuntur, pertinere. D. Augustinus<sup>b</sup>, Leo<sup>c</sup> uterque primus & secundus, autores sunt. Paulus<sup>d</sup>, autem clarè colum 47. in fine. nam & firmamentum veritatis appellat. Veritas autem Domini manet in aeternum. Alterum autem, Augusta. Et quod erat ipsorum Ecclesiam recenter exortam esse, Ep. ad Conluge clarissimus est. Nam & tempus & locum, ubi orta, Constantium Augustum. quis ei restiterit, quis eam damnarit, ostendere possumus. Cœpit enim Lutherus heres suas promulgare anno 1517. VVittembergæ, qui subito ut exortus est à Leone condemnatur, ab Eccio, Cochleo, Roffensi, aliisque confutatus fuit.

## THEISIS XXVI.

**Q**uin & ipsi suam doctrinam nouam, nec semper fuisse fatentur. Apologia enim Anglicane verba sunt, in mediis illis tenebris exoriri primum cœpisse, & lucere radium aliquem, ignotæ tamen & Ecclesia Pro inaudite veritatis, quū Martinus Lutherus & V - testantium dalricus Zwinglius præstantissimi viri, & ad illu - noua ex ipso strandum orbem terrarum dati, primò accessisēt, ad ne.

Euangelium: Theodori<sup>a</sup> Beza vox est uni Calui- a In vita no post Christum & Apostolos, deberi etiam veram Caluini. & germanam de Cœna Domini intelligentiam. Et b In li. de bo ni & malis b VVigandi præclara illa sententia extat, Secun- Germanie dum beneficium Germaniae est præcipitorum articu- edito anno lorum fidei illustratio, qualis ab Apostolorum tem- 1566. poribus hucusque in mundo non est cognita. Luthe & in Episto rani etiam omnes suam Ecclesiam sic describunt la ad Argen Harum Ecclesiarum que sunt in Regionibus Prin

cipis Elect. Saxon, doctrina neque dubia, neque variā aut mobilis est, sed ab initio syncera, concors & constans, conservata & usurpata iā annis 30. *Quin*  
*In prefatiōe &c Lutherus ipse ait, Christū primō à nobis vulga-*  
*Corporis do-*  
*strine edita*  
*Lypsic anno*  
*61.*

## THESIS XXXI.

<sup>a Lib. de Pre-  
scrip. cap. 10.</sup> **S**ed hęc redicula sunt, ne dicam impia. *Quid e-*  
*nim inquit Tertullianus<sup>a</sup>, verissimile est, ut tot*  
*ac tanta Ecclesia in unam fidem errauerint? Scilicet*  
*aliquos Marcionitas, & Valentinianos (sive Lute-*  
*ranos & Caluinianos) liberada veritas expectabat.*  
*Interea perperam Euangelizabatur, perperam cre-*  
*debatur, tot millia millium perperā tincta, tot opera*  
*fidei perperam administrata, tot virtutes, tot Charis*  
*mata perperam operata, tot Sacerdotia, tot ministra-*  
*ria perperam functa? tot denique Martyria perpe-*  
*ram coronata?*

## THESIS XXXII.

**H**AEC ille, quum nec dum ducenti post Christū  
*anni elapsi essent. Quanto nunc fortius hoc ar-*  
*gumentum est. mille & fere sexcentis annis antegros*  
<sup>Epist. 2. ad sis? Nec aliter contra sui temporis Arianos<sup>a</sup>, Grego-</sup>  
<sup>Clidonium in fine.</sup> *rius Nazianzenus: Si ante hos triginta annos fides*  
*incepit, cūm 400. fere sint anni, ex quo manifestatus*  
*est Christus, certè & Euangelium nostrum in tanto*  
*tempore fuit inane, inanis & fides nostra: & hi qui*  
*testimonium prebuerunt, frustra sunt testificati, fru-*  
*stra praefuere tot presules, tales & tanti.*

Sed

## THEISIS XXXIII.

**S**ed quoniam se premi protestantes alij animad-  
uerunt, & Ecclesia sua principium fateri, esse Calvinus  
Ecclesiam è medio tollere: aliam evadendi rimam cō<sup>in</sup> prefatione  
menti sunt: qua tamen usque adeo angusta est, ut post mediū.  
dum transire satagunt, disrumpantur. Aiunt enim Lutherus  
Ecclesiam suam semper fuisse, quum sacrae Scripturae Tom. 2. de  
authoritate nitatur: ac proinde nouam non esse: Sed seruo arbit.  
illam ipsam quam Christus fundauit: per multa ta- Bezain Cō  
men secula latuisse incognitam. Sed hoc est Ecclesia cap. 5. §. 9.  
Trophonis specum, aut Antichristi antrum, & non lu-  
cernam illam, quam Christus in candelabro posuit,  
ut liceret omnibus qui in domo sunt, efficere. Hoc  
est Ecclesiam Aery fingere, qui separatus ab omni-  
bus Ecclesiis, acciuitatibus ut scribit<sup>a</sup>, Epiphanius a Heres. 75.  
in sylvis cum suis latitabat: non illam de qua Chri- in princ.  
stus dicebat esse ciuitatem super montem positam  
qua abscondi non potest. Hoc denique est, Christum  
ad latebras quasdam & speluncas redigere, & in ne-  
scio qua penetralia cōpellere, contra ipsum Christum glo-  
riam, diuinis literas, & patrum omnium sententias:  
Ecclesiam denique ipsa Synagoga statuere inferio-  
rem.

## THEISIS XXXIIII.

**A**dde quod Ecclesia illa latens vel fidem  
suam profitebatur, vel non: si profitebatur,  
non erat latens, sed manifesta, & talis aliqua  
Professio fidei, ab omnium etatum scriptoribus  
memoria prodita fuisset. Si non profitebatur, cer-  
te Ecclesia Christi non erat. Confessio enim fidei,  
F. iiiij.

ipsorum sententia, est vera Ecclesia nota. Et D. Paulus<sup>a</sup> docet: Corde credi ad inficiam, ore autem fieri confessionem ad salutem. Et qui me erubuerit corā hominibus, & ego erubescam eum coram Patre meo Servuator<sup>b</sup>, ait. Preterea quanam obsecro ratione hī veris fideles erant, qui falsis Magistris, id est maiori bus nostris, contra preceptum<sup>c</sup>, Apostoli Ave dixerunt, contra mandatum<sup>d</sup> Christi ab iis non attenderūt, & vocem alieni<sup>e</sup>, audierunt, & quod turpis est, cum Antichristi membris & idololatris (sic enim omnes qui per mille annos præteritos vixerunt vocant) communicarūt? Denique quid hac Ecclesia latens utilitatis attulisset mortalibus, quū ab iis, qui salutem vellent, inueniri in cymmeriis illis tenebris non posset.

## THEISIS XXXV.

**S**uperest adhuc unus evadendi modus, qui & ille aduersariis precludendus est. Fuisse in orbe Christiano per omnes etates aliquot fideles notos, & Fulcus aspectabiles, qui eadem cum ipsis senserint: hos nihil in libro An mirum veram Ecclesiam extitisse. Hinc enim<sup>a</sup> Cal glico numeruinus Ecclesiastis quasdam in Papatu reponit, populaverant multos. Dei reliquias quas vtcunque misere dispersas, ac de- Lutherus lib. de mis<sup>a</sup> sert as ille mirabiliter conseruanit, in quibus etiam priuata permanebant aliquot Ecclesia Symbola, atque ea presertim quorum efficacia nec Diaboli astutia, nec humana proteruitas destruere potuit. Ad reliquias ventum est post reliquias nihil reliquum erit.

Hes

## THEISIS XXXVI.

**H**as igitur excutiamus, Et primū ab iis peto,  
 quibus tandem argumentis, has reliquias o-  
 mni atate manifestas comprobabunt? quanam Sa-  
 cramenta, quibus, & quando hec Reliquiarum Ec-  
 clesia ministravit? quam exercuit disciplinam? qui-  
 bus & ubi verbum Dei prædicauit? quibus obstitit  
 hereticis, quas Synodos connocauit, qua templo ad  
 religionis munia, aut ad doctrinam extruxerit scho-  
 las. sine enim his omnibus quanam Ecclesia esse po-  
 test. Præterea, si que tales extiterint olim, etiam ve-  
 niente Lutherò extitissent, & proinde ipso compa-  
 rente ad eum connuolassent, eumque ut socium cogno-  
 uissent. At non ita factum est. Nam omnes qui sunt  
 Lutherani & Calviniste, fatentur se antea fuisse ex L. de Missa  
 nostris, nihilque de noua illa doctrina Lutheri cogi- Angulari.  
 tasse: Imo & a Lutherus ipse fatetur se Monachū fuisse Tomb. I.  
 set, & missas nō ficitè per 15. annos celebrasse. seq; casu initio.  
 in has cōtrouersias delapsum. Negamus igitur tales  
 ullos extitisse, qui singulis etatib⁹ cū ipsis senserint.

## THEISIS XXXVII.

**S**i autem qui retroactie temporibus extiterunt,  
 heretici ipsi, ut modo Protestantes, habiti sunt, a Melanthio  
 ut Marcellius de Padua, Viclef, Hus, Hieronymus in respōsione  
 à Praga quos suos esse volūt: a, qui tam pauci tamē ad artic. Ba  
 sunt, & non ante multos hos annos, ut qua ratione Fulcus in li.  
 ex iis, Ecclesiam suam semper fuisse afferant, planè Anglico &  
 non intelligam, præsertim quā in plurimis ab iis dis Luiher⁹ I. de  
 senserint, & vt disertè de duobus posterioribus do Seruo arbitrio  
 cer⁹ Pataleon & ipse Lutheranus, qui secte Hussita trio dubitat.  
 rūm varios articulos esse partim recipiendos, par- b. In Chro-  
 nologia.

tim diligenter reiiciendos à piis ait. & si negarent  
nil causam iuuarent suam, quū contra eos Ecclesia  
2. Tim. 3. 9. Rom. preualuerit, ultra ut, Apostolus ait, non profe-  
cerint, & insipientia eorum manifesta sit omnibus.

## THEISIS XXXVIII.

**O**B has ordine enumeratas notas, Ecclesia Catholica appellationem, sortita est: & quidem merito, quū ad uniuersa loca, ad uniuersa denique hominum genera pertineat, ut doctissime vocabuli Graci vim & proprietatem explicans, rationem e-  
a Epist. 170. iam cur Ecclesia tribuatur reddēs D. Augustinus a tota De uni docet, & post eum Vincentius b, Lyrensis ut o-  
tate Eccles. mnia, desertissime. ubi illud animaduersione dignū  
b L. De Pro est, quū his Ecclesia veluti tesseris, & Symbolis ca-  
phanis voc. reant Protestantes, quod nec ipsum Catholici nō  
audieant usurpare, aut si quando usurpent, quod tam  
men rarissime fit, hoc agant, quū aduersus Anaba-  
ptistas & Arianos nouos decertāt, in quo Catholici  
personam & munus sustinent. Atque hinc factum  
Protestan- est, quod in ipsorum Catechismis Ecclesia Catho-  
tes non au- lica nomen vix uspiam reliquerint, sed eius loco in-  
dent se Ca- tholicos no- Symbolo Christianam reposuerint, imitati Gauden-  
minare. tium Donatistarum, Secundinum Manicheū, & No-  
c. Contra 2. uarianos qui omnes (ut Augustinus refert, hoc no-  
Epist. Gaudē tamen cum id sibi vendicare non possent, contempse-  
Epist. eius ad runt.

August. in  
medio Tom.

6.

2. Epistol. I.  
& 2.

## THEISIS XXXIX.

**Q**uod dum faciunt hereticos sē esse liquido de-  
monstrant, si Patribus & in primis a, Pacia-  
no vero sanctissimo credamus, qui in Epistola ad Sym-

Sympromianum Nouat: ostendit nomen Christiani invenit, ut à Iudeis & Paganis, nomen Catholici, ut ab ipsis discerneremur. Ne astutes, inquit, frater, Christiani mihi nō est, Catholicus verò cognōmen, illud me nuncupat istud ostendit, hoc probor, inde significor. Quin & hinc etiā illud evenit quod aliis se appellationibus afficere cogantur, séque vel ab auctore dogmatis, vel à loco, ubi inuentū dogma ipsum sit, vel denique ab articulo fidei, quem ergo cognōnate cognominare, adeò: ut alij se Lutheranos, Zwingianos, Schuenefeldianos, Calvinistas alij Picardos, Bohemos, alij denique Sacramentarios, Anabaptistas & seipſi dicant, & alij quicunque Ecclesia Catholica uspiam terrarum adhaerent.

## THEISIS XL.

**I**Am verò nos orthodoxi ab ipsis etiam Protestantibus Catholicī nuncupamur, quod & olim factū esse ab aliis hereticis D. Augustinus<sup>a</sup>, testatur. Venient enim noluntur inquit, ipsi quoque Heretici & Schismatum alumni quando non cum suis, sed cum extraneis loquuntur, Catholicam nūcul alīnd quām Catholicam vocant. non enim possunt intelligi, nisi hoc nomine eam discernant, quo ab uniuerso orbe tur. nuncupatur. Nec refert quod Catholicos Papistas, Romanos & Romanenses appellant. Nam & olim Donatista vocabant Orthodoxos tradidores, & Ariani, Homousianos, & ut sapienter notauit Augustinus<sup>b</sup>, huic uni Ecclesiæ Catholice variae hereses diuersa nomina imponunt, cùm ipsa singulae propriis vocabulis appellantur.

<sup>a</sup> Iustinus Martyr. in Triphone.<sup>b</sup> Irenaeus L. I.<sup>c</sup> 20 Laclit. l. 4. c. 30.<sup>d</sup> Isidorus L. 8.<sup>e</sup> Etymol. c. 5.<sup>f</sup> 16. in medio Tom. 6.

## THEISIS XLI.

**A**dde quod Papistam vocari, non significat alii quem secta cuiuspiam auctori addictum esse, sed tantum Romano pontifici ut Pastoris subditum, aut ei, cui omnes gentes perpetuo communicarunt,  
a Homil. 33. in Act. communicare. Quod minimè absurdum esse <sup>a</sup>. Chrysostomus auctor est. Romanus autem & Romanenses etiam ante mille annos, idem erat quod Catholicus, ut ex Ambrosio in Oratione de obitu Satyri liquet: non quod ut ministri <sup>b</sup> Genueenses calumniatur, Ecclesiam Romanam, omnem Ecclesiam quisquam asseueret, sed quod eam semper doctrinam tenuerit, quam omnes, qui vlo unquam tempore aut loco Catholici, eam tanquam Ecclesiarum matricem secuti, tenuerunt.

## CAPVT VIII.

*Analysis Thes. 28, & deinceps usque 42.*

Antiquitas  
tertia nota  
Eccl. ab Af  
ser. pposita. **Q**ui estis vos? unde & quando venistis, inquit Tertullianus. Sic Hilarius, & Hieronymus olim veteres haereticos vrgebant.

A thes. 28.  
ad 42. pag.  
16. 17. 18. 19.  
20. 21. 22. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā & portæ inferi non præualebunt aduersus eum, inquit Christus.

De prescr. her. Lib. 6. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi.

d. Trin.  
Ad P̄amach.  
Math. 16.  
& 28. Ecclesia est columna & firmamentum veritatis, inquit Paulus. Veritas autem Domini maneat in æternum.

1. Tim. 3. Ergo Antiquitas est certa nota verę Ecclesiæ. Hæc autem conuenit Ecclesiæ Rom. non autem Eccle-

Ecclesia Protestantum quæ cœpit anno 1517.

Respondent Protestantes, primò: suam Ecclesiam <sup>Protestantum</sup> semper fuisse, quum Sacrae Scripturæ au-<sup>responsiones</sup> thoritate nitatur: sed latuisse incognitam. Con-<sup>excutionis</sup> trà, ciuitas super montem posita, abscondi non <sup>ab Affer-</sup> re. potest. Item, ut luceat omnibus qui in domo <sup>Matth. 5.</sup> sunt. Item, sequeretur Ecclesiam esse inferio-rem Synagoga. Item, Ecclesia illa latens aut fi-dem profitebatur aut non: Si non profitebatur, Ecclesia Christi non erat: Si profitebatur, non erat igitur latens. Item. Non erant verè fideles qui communicabant cum iis quos idololatras vocat. Deniq; fuisset inutilis eiusmodi Ecclesia.

Respondent secundò Protestantes, fuisse per omnes etates aliquot fideles aspectabiles qui eadem cum ipsis senserint, & has dicunt fuisse reliquias populi Dei. Contrà, Ecclesia illa non prædicauit, non Sacramenta administrait, non exercuit disciplinā, hæreticis non obstitit, tem-  
pla & scholas non extruxit, ad Lutherum non conuolauit. Ergo non fuit Ecclesia. Item, Si pro ferunt Marsilium de Padua, VViclesum, Ioan-nem Hus, & Hieronymum à Praga, illi omnes non ante multos annos fuerunt, nec cum illis omnibus Protestantes consentiunt.

Patet igitur ex superioribus Ecclesiam Rom. <sup>Affertor Ca</sup> iure vocari Catholicam, quod nomen etiam à <sup>tholicus, hoc</sup> Protestantibus usurpatur: quum eos qui Eccle-siam Romanam profitentur, vocat Catholicos & Papistas. Nam Papistā vocari, significat Ro-manō Pontifici ut Pastori subiectum esse aut ei cui omnes Gentes perpetuò communicarunt.

EARVNDEM THES. REFVTATIO

*Errores super  
rioris argu-  
mentationis.* Cedò verò, satis-ne sanus es qui Antiquitatē velis esse essentiale ac proinde perpetuam veram Ecclesiæ visibilis notam? Num enim quæso, tum fuit antiqua, quum primum nasceretur, vnde cumque illius principium sumas, id est, siue ab Adamo, siue Abele, siue à die Pentecostes, de quibus tuis ineptiis antea diximus? Quid tu igitur consilij tum dedisses quum à bonis illam agnoscere oporteret ad salutem? Itaque, mi homo, quum Ecclesia iam tum quum nasceretur vera fuerit, siveque essentialibus mēbris prædicta, absit ut illius agnitionem tépori acceptam feramus. Quum autem successu temporis, cœperit falsitas quandam veritatis spaciem ementiri, tunc sanè audiamus Tertullianum ad ipsius verum fundamentum recurrentem. Sic enim Tertullianus imprudenter nobis obiectus: Id est verius, inquit, quod prius: Id prius, quod ab initio: id ab initio, quod ab Apo-

*Ad Pópeii lib. 2. ep. 3.* stolis. & Cyprianus, Consuetudo sine veritate, inquit, Vetus erroris est. Item: si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid alius ante nos faciendum putauerit: sed quid qui ante omnes est Christus, prior fecerit: nec enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Hęc Cyprianus: qui nimirū Domini sanctissimum hoc interdicendum ab Ezechie didicerat: In statutis patrum vestrorum nolite ambulare: Ambulate in præceptis meis. Quare, mi Assertor: non ita bene connectitur: Veritas Domini manet in æternū: ergo, inquis,

Anti

Antiquitas est nota Ecclesiæ, Imò verò ita con-  
cludendum est: Ergo æterna Dei veritas est cer-  
tissima Ecclesiæ nota. Et hoc nos vrgemus &  
pleno ore pronuntiamus, quod vos non nisi ti-  
midè susurratis: sermonem à veritate ad Anti-  
quitatē semper, quo ad eius fieri potest, tra-  
duceentes.

Nos igitur tuam argumentationem in caput *Rerum*  
*tuum* ita regerimus. *argumentum.*

Si illa deum Ecclesia verè antiqua cēsenda  
est quæ ædificata est super Petram, quā Petrus  
reliquorum Apostolorū nomine confessus est,  
hoc est, super Christum filium Dei viuentis, &  
cum qua Christus usque ad consummationem  
seculi futurus est, atque adeò quę est columnă &  
firmamentum veritatis ( ex locis Scripturæ ab  
Assertore productis ) Ergo Protestantium Ec-  
clesia verè antiqua censenda est. Consequentia  
patet: Quia Christum filium Dei viuentis pie  
& constanter agnoscit, & Scripturis sanctis pla-  
nè adhæret, super quas extructa est ipsa fidei ve-  
ritas. Ac proinde nescio quid tibi in mētem ve-  
nerit toties nobis veteres hæreticos ex veterum  
Doctorum scriptis obiicienti, à quibus quām  
nos longa interallo distemus, ex sequenti col-  
latione videas velim.

Veteres hæretici magnā Sacré Scripture partē  
reiiciebāt & alienas Scripturas pro veris usurpa-  
bāt. Nos libros oēs Scripturæ Canonicos ma-  
gnā cū reuerētia recipimus, & ad eos solos fidē  
nostrā dirigimus: ac dānamus Pontificios Apo-  
cripha cum Canonicis temere confundentes.

*Pontificib⁹  
nihil commune  
est cū veter-  
ib⁹ hæreticis.  
Tert. contr.  
Mar.*

*Pontificis  
multa cum  
veterib⁹ hæ-  
reticis com-  
munia sunt.*

*Vid. Tert. ad uerf. Marc. & Iren. Epi. &c.* Veteres hæretici non errores modo, verùm etiam errorum portēta de Deo, de Christo, déque præcipuis Religionis Christianæ capitibus configingebant. Nos eam de Deo & de Christo, adeóque de omnibus fidei capitibus doctrinam amplectimur, quam Prophetę & Apostoli suis scriptis tradiderunt. Ac damnamus Pontificios humana somnia & commenta pro fidei capitibus obtrudentes.

*Tert. de ref. car. Iren. l. 3. c. 2.* Veteres hæretici nolebant ex solis Scripturis sua dogmata spectari, sed ex Traditionibus non scriptis, quas ad Apostolos authores referabant. Nos ex solis Scripturis de fide ac religione nostra statui & iudicari volumus, adeóque postulamus: Ac damnamus Pontificios, non ex apertis Scripturæ fontibus, sed ex profundo ac tenebricoso Traditionum lacu partem suę religionis longè maximam haurientes.

An Affortor sit peritius Chronolog. Ac ne sim longior multis aliis recensendis, hinc cuius facilè patere arbitror, iure-ne an iniuria, in nos accommodes ea quæ veteribus hereticis olim ab Orthodoxis Doctoribus obiecta sunt. Quare licet tibi videaris præclarus Chronologus dum initium nostrę Ecclesiæ refers ad annum. 1517. (tu inquam, cuius Sodalitatis incunabula vix tringinta annos attingunt) te isthæc tua temporum monimenta sefellerunt. Nam et si fateor, annum illum fuisse & perpetuò futurum Ecclesiæ Romanæ luctuosum, ac propterea nigro lapillo ab omnibus Monachis notandum, ad ipsorum ignominię ac dedecoris memoriam sempiternam: falsò tamē, mi Chronologe

nologe, nostrā Ecclesiam eo demum anno cœ-  
pisse commemoras. Tunc enim Ecclesia, non  
nascens, vti existimas, sed tandem aliquando ē  
vestris tenebris paulatim emergēs, vocem libe-  
riorem cœpit mittere: nec nouam religionem  
inuexit, sed se veterem adeoque primam Euan-  
gelicæ veritatis doctrinā amplecti professa est:  
vobis quidem, fateor, nouam, atque iis omni-  
bus quibus erroris vetustas, est veritas.

Sed iam audiamus quemadmodum Prote- *Assertor Re-*  
stantium Responsiones refellas ut te refutatorē *Responsiones*  
refutemus. *Protestantium*  
*refellens re-*  
*felliatur.*

Respōdent, inquis, suā Ecclesiam semper fuis-  
se, quum Scripturæ authoritate nitatur. Bene  
narras: ac velim ex te audire, ecquid in hac res-  
pōsitione desideres. Addis postea: sed dicunt suā  
Ecclesiam latuisse incognitā: & obiicis hos Scri-  
pturæ locos: Ciuitas super montem posita &c.  
Item, ut luccat omnibus qui in domo sunt. &c.  
Respōdeo, Te admittere illum errorem qui in *Assertor*  
arte differendi vocatur petitio principij: vis e- *principium*  
nim, Ecclesiam non posse dici antiquam, nisi sē *petit.*  
per in clarissima hominū luce versata sit: quod  
& iam proposuisti, & iam à nobis refutatum  
est: nec tibi in schola disputanti fuit hæc Anti-  
quitatis nota cum superiora nota claritatis con-  
fundenda: aut certè principiō separandæ non  
fuerant. Verūm, age, te tua repetentem ac con-  
fidentem nihilominus refellamus.

Quum vna sit vera Ecclesia & non plures, *Quādo Eccle-*  
quoties apertè splendet doctrinæ veritas, to- *sia Protestan-*  
ties dicimus veram: ac propterea nostrā Eccle- *tium fuit con-*  
*spicua.*

G.j.

siam fuisse conspicuam. Quum autem (vt ferè fit) erroribus oppressa veritas, ab hominibus spreta, rectaque delituit: tum nostram, hoc est, veram Ecclesiam delituisse affirmamus. Nec te iuvant Scripturæ loci à te citati. Nam quandiu Apostoli lucem Euangelicę prædicationis, tanquam ex alto monte, Gentibus omnibus prætulerunt: atque adeò fideles omnes, tum puritate doctrinæ, tum etiam morum integritate refulserunt: tandiu ciuitas illa super montem posita eminuit, neque potuit latere. Sed postquam hominum supereritatio, ambitio, auaritia, ignorantia & quæ sunt eiusmodi, tanquam Babylonij, ciuitatem illam sanctam euerterunt: tum collapsi illius ciuitatis lapides (vt cum Psalte loquar) nihilominus seruis Dei placuerunt, & illius pulueris miserti, eius instaurationem a suis votis ac lacrymis à Domino precati sunt.

*Psal. 102.*

*Matth. 5.*

*Aduer. Aria.  
or. 2.*

Atque ut ad alterum locum Scripturæ veniamus: lucerna (quam Athanasius Scripturam sacram exposuit) semper quidem lucet: verùm iis qui in domo sunt, inquit Christus, hoc est, iis qui in vera Dei Ecclesia remanent. Nec necesse est, vt lucerna domum illustret, semper eius lucem foras emitte.

*Obiectio Sy-  
nagogæ resel-  
litor.*

Atenim, inquis, sequeretur Ecclesiam Christianam esse interiorē synagoga. Primum si de Israelitis loqueris, certum est veram eorum Ecclesiam sæpe delituisse, vt ex historia Iudicū & ex Prophetis (id est sub Regibus) manifestū est. Si de Iudæis loqueris post Christi resurrectionem miserè vagantibus: si quam hīc tu præstantiam

tiam collocas, fruere tua illa præstantia. Malo enim credere Nazianzeno qui censuit Iudæos *De pace o-*  
*esse eeu columnam æneam in qua sumnum Dei* <sup>rat. I.</sup>  
*iudicium incisum, & insculptum posteris o-*  
*mibis exhibetur. Quanquam doctissimis illis*  
*assentior, qui hoc etiam ad Pauli Prophetiam*  
*quæ extat in Epist. ad Rom. cap. II. spectare exi-*  
*stunt. Verumtamen Ecclesiæ præstantia in*  
*dognatum veritate constituenda est, ac proin-*  
*de Christiana Ecclesia non potest esse inferior*  
*Synagoga.*

Sed alio etiamnum modo raciocinaris. Eccle *Dilema Af-*  
*sia, illa latens, (inquis illudens) si fidem suā non fertur solui-*  
*profitebatur, non erat igitur Ecclesia. Et quia* <sup>tur.</sup>  
*tu publicam professionem, quæ in omnium o-*  
*culis fiat intelligis: quomodo id tādem probas?*  
*Imò verò prestat in te retorquere tuum hoc ar-* <sup>Retorquetur</sup>  
*gumentum, ut te ad incommodum adigamus,* <sup>in Assertio-</sup>  
*hoc modo: Illa septem millia virorum quæ non*  
*flexerant genu idolo Baal, aut fidem suam pro-*  
*fitabantur, aut non. Si profitebantur, quomodo*  
*illos non vidit Elias? Si non profitebantur, non*  
*erant igitur de Ecclesia, ita quidem ratiocinan-*  
*te Assertore: sed Apostolo contradicente, qui* <sup>Rom. II.</sup>  
*viros illos ad Ecclesiam Dei pertinere affir-*  
*mavit.*

Communicabat illa Ecclesia latens cum ido- <sup>Obiectio de</sup>  
*lolatris, inquis. Miror, mi homo, quōnam tan-* <sup>communicā-</sup>  
*adem modo Ecclesia illa quam toties latentem* <sup>tione cū ido-</sup>  
*appellas, adeò tibi fuerit cognita, ut quid illa fe-* <sup>lolatris refel-</sup>  
*cerit & quomodo se gesserit tam accuratè no-*  
*bis explices. Si latuit (vt vicissim tecum agamus*

Dilemmate ) quomodo ea nosti quæ fecerit ? si non latuit, quid habes quod obiicias? lege quæ  
**Ezech.8.** & scripsit Ezechiel de fidelibus qui dolebant ge-  
 mebantque propter idola Hierosolymæ; adeo-  
 que in medio templo collocata : quos quidem  
 omnes Dominus obsignari iussit , ne perirent:  
 ac disce, Domino satis constare, quibus rationi  
 bus, etiam in maxima rerum perturbatione, suæ  
 Ecclesiam conseruet. Atque ut desinas tandem  
 Ecclesiæ quam latentem per ludibrium appelle-  
 las , illudere, & quam vos Monachi vehemen-  
 ter doletis esse patefactam , & libenter velletis  
 perpetuò delitescere & esse inutilem ( ne hanc  
 obiectio[n]is tuæ partem , videat prætermisisse)  
 audi quidnam de latente Ecclesia sentiamus.

**De Ecclesia** Quum errores Pontificij longè, latèque vni-  
 delitescente. uersum prope terrarum orbem occuparent,  
 nec veri Ecclesiæ fructus , immò nec vera qui-  
**Ef.6.** dem folia palam extarent: dicimus cum Scriptu-  
 ra , vitalem succum in ipsis radicibus hæsiſſe:

**Matth.18.** Christum duobus etiam aut tribus in ipsius no-  
**Apoc.12.13** mine congregatis adſuiſſe: Deumque suam Ec-  
 clesiam in deserto commorantem habuisse, ac

**Depoenit.** sua virtute sustentasse. Dicimus cum Tertulliano,  
 etiam in uno & altero Ecclesiam fuisse. Di-  
**Iu Ps.133.** cimus cum Hieronymo , Ecclesiam non in pa-  
 riētibus, sed in dogmatum veritate constituisse.

**Hexaem. l.** Dicimus cum Ambroſio, vt Lunam, ita Eccle-  
 ſiam defectū habuisse, ortum ſaum, hoc est, in-  
 ſtaurationem ſuam expectantem. Denique cum  
**4.c.5.** Augustino dicimus ſub Pontificiis paleis fru-  
 mentum Dominicum conseruatum. Que  
**Epiſt.48.** ſi tibi

si tibi non satisfaciunt, miror cur Antiquitatem nobis tantopere commendes.

Porrò quòd proferimus aliquot pios doctores qui iam pridem testati sunt se Romanam Ecclesiam olim in clesiā improbare, cuiusmodi fuere VVicleffus. *Ecclesiā Ro. insūrgētibus.* Ioannes Hus, Hieronymus à Praga & aliquot alij(hanc enim nostram responsonem etiam refellēdam assumpſisti) non id eò dicimus, quòd in illis solis vniuersam Ecclesiam cōſtituamus: sed hoc volumus, Ecclesiam in mediis Ecclesiæ Romanæ tenebris pios illos viros, ceu quosdam radios, emisisse, quibus testaretur se non esse planè vestris illis erroribus extinctam: neq; dubitamus multos alios tum extitisse, qui cum illis veram doctrinam amplectentur: vt nos etiam ea libenter admittimus, quæ illi ipsi iuxta Dei verbū protulerunt. Quinetiam nullum extitisse seculū parati sumus ostēdere, in quo non extiterint qui vestram pseudo Ecclesiam coarguerint.

Denique stultū est quod vñā cum p̄dicatione, Sacramentis & Disciplina, requiris etiam vt Synodi habitæ, vt templa extructa, vt scholæ publicè constitutæ fuerint ad conficiendam Ecclesiam: ac miror tēscholas, præsertim vestræ Sodalitatis, non etiam numerasse inter Ecclesiæ notas. Atqui, mi disputator ( qui Principium s̄p̄ius à te petitum, iterum repetis) hæc repugnant: Ecclesiam delitescere (qua de re nūc *Assertoriū rō nobis sermo est*) & in Ecclesia publicas haberi *pugnantia.* conciones, publicè Sacramenta celebrari, & reliqua omnia fieri quę tu commemoras: tui certe ac tuæ quæſtionis oblitus. Cæterū dum aīs

*De Catholi Catholicum idem significare ac Papistam, ut  
eis Papistū; iis conueniat qui Romano Pontifici subiecti  
sunt: profers Etymologiam veteribus omnibus  
aersalibus &  
particulari  
bus simul.  
I.Cor.1.*

incognitam & iis contrariam quæ dixit Paulus  
Corinthiis, quum illis sectarum nomina inter-  
diceret. Sed quia Papistæ vocabulum tibi arri-  
det, censeo ut deposito Sacrosācto Iesu nomine,  
quo vos ad sectæ vestre inscriptione abuti-  
mini, non aliter deinceps vocemini, quām Pa-  
piste. At nos Christianorum ac propterea verè  
Catholicorum nomen, cum piis & Christianis  
omnibus, constanter retinebimus.

## THEISIS XLII.

*Quarta Ec-  
clesie nota est  
Apostolica  
appellatio.*

**Q**uartum signum atque nota, qua vera Eccle-  
sia à falsa discernitur, est Apostolica appellati-  
o: quam Protestantū cœtui nulla ratione cognoscere,  
luce clarius efficietur, ac proinde illud sequetur, ean-  
dem nec Ecclesia posse nomine insigniri. Sed ne am-  
biguitate vocabuli quisquam fallatur, sciendum est,  
dum Ecclesia, Apostolica nomen tribuimus, Patri-  
archas aut Prophetas nos haud quaquā excludere:  
*a Heb.2.20.* *2.* Aedificata enim Ecclesia est super fundamentum  
Apostolorum & Prophetarum: & quod Apostoli iam  
factum orbi nunciarunt, Prophetæ futurū aliquando  
pradixerunt.

## THEISIS XLIII.

*a Rom 10.18.  
Psal.18.5.*

**D**icitur autem Apostolica, tum quia ab Apo-  
stolis, per varias orbis partes promulgata est  
(in

(in omnem enim terram exiit sonus eorum) tum etiam, quia Apostolica doctrina primis fidelibus ab iisdem tradita, in Ecclesia perpetua successione conservata est. Atque hinc sit, quod unica via atque ratio, qua Ecclesia iam Apostolica-ne sit cognoscatur, Episcoporum atque Pastorum in eadem doctrina perpetua successio censeatur. Quod quū Patres opum animaduerterent, ab hereticis omnium etatum atque temporum eam diligenter expetinerunt. Et inter ceteros primus Tertullianus<sup>b</sup>. Edant, inquit, origines Ecclesiarum suarū, evoluant ordinem Episcoporum, ita persuccessiones ab initio decurrentes, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamē cum Apostolis, perseverarit, auctorem habuerint, & antecessorem.

## THEISIS XLIII.

**H**VIS testigiis & eius discipulus magnus ille ad Magnum Cyprianus insistens, contra Nouationos argu ante med. mento à successione dedubto utitur. Si enim, inquit, apud Nouatianum est (Ecclesia) apud Cornelium Romanum non fuit, qui Fabiano Episcopo legitima ordinatione successit. Idem facit<sup>b</sup> Epiphanius ipsos. Donatis post que Romanos Pontifices enumerat. Idem<sup>c</sup> Augustinus. Numerate Sacerdotes primo, ab ipsa sede Petri, & in ordine illorum Parum quis cui successerit videtur. & alibi<sup>d</sup>. Tenet inquit me ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas Domini commendauit, usque ad presentem Episcopum parum successio Sacerdotum. Idem<sup>e</sup> Optatus: Valentinus. idem denique antiquissimus<sup>f</sup>, Ireneus: quorum iugio.

G.iiiij.

<sup>a</sup> L.1. Ep. 6.<sup>b</sup> H. Heresi. 27.<sup>c</sup> In Psalmo post med.<sup>d</sup> Ep. 164. ins.<sup>e</sup> L.2. contra Parmen.<sup>f</sup> L.3. contra

*utrique Rom. Pontif. ad sua usque tempora recensētes, per hanc demum successionem omnes confundi Hæreticos clarissimè docent.*

## THEISIS XLV.

**H**AEc autem quā ita se habeant, videant aduersari, quo iure Catholicos, qui de perpetuatione Romanorum Pontificum indefessaque noua veluti sobolis succretione, aeternaque, ut ita dicam, suppululatione gloriantur, reprehendunt: videant a *De Præsc.* etiam quam cōsentaneè cum<sup>a</sup> Tertulliano petamus, Ecclos. circa medium. ut Episcoporum suorum ordines euoluant, & cūm<sup>b</sup> b *Lib. 2. contra Parmen.* Optato Mileuitano, ut suarum Cathedrarum origi- nes ostendant, quisibi Ecclesiam Sanctam vendicant.

## THEISIS XLVI.

*Protestantes* **S**ed calumniari necesse est, ubi aliud, quod pro se carent successores afferant, non occurrit. Neque enim in ipsorum Ecclesiis, quis cui successerit, valent demonstrare, sed Lutherum primum VVitembergæ, Caluinum Geneue, Oecolampadium Basilea exortos fateri coguntur, qui omnes, nemini succedentes à seipsis ordinati a *Lib. 1. Ep. 6. ante med.* sunt, ut de Nouato scribit<sup>a</sup> Cyprianus, de se nasci vobis L. 1. contra luerunt, ut de Donatistis<sup>b</sup>, Optatus loquitur, & pro Parmentiam. inde ad Ecclesiam pertinere non possunt.

## THEISIS XLVII.

*a L. 2. contra Parmen.* **A** Deo Lutheri successioni, illud eiusdem<sup>a</sup>, pulcherrimè quadrat, ubi successionem Monten-

sum

sium Roma cōmemorat, qua Clodianus Luciano, Lucianus Macrobius, Macrobius Encolpio, Encolpius Bonifacio, Bonifacius Victor Garbensis successit: ipse autem Victor, nec ēt se aliquem illic sedisse monstrare poterat, nec Cathedram aliquam, nisi pestilentiae ostendere. Ut enim erat ibi Victor filius sine patre, tyro sine principe, discipulus sine Magistro, sequens sine antecedente, inquilinus sine domo, hospes sine hospitio, Pastor sine grege. Episcopus sine populo, sic VVitembergae Lutherus, Basileæ Oecolampadius, Genevæ Calvinus, & alibi alijs: ubi partim nulli ante federāt, ut VVitembergae, vel si aliqui ut in aliis duabus urbis, etiam tum, cum ipsis se ex Ecclesia proripuerunt, Episcopi Catholicī, qui Apostolicis viris successerant, residuebant, & etiam nunc sedēt, qui proinde Episcopi (sī Cypriano credimus) esse non possunt.

<sup>a</sup> Lib. I. Ep. 6. ad Magnū ante mediū.

## THESIS XLVIII.

**S**ed aiūt<sup>a</sup>, homines, si Diis placet, ingeniosi, successionem Pastorum tum demum veram Ecclesiam arguere, si cum successione veritas religionis retingatur. Quasi vero vel nos in praesentia, vel longe antè Patres, qui hoc argumento successionis perpetuo vīsunt, veritatem fidei à successione Episcoporum sciunxerint. Illud interim certum est, Episcoporum successionem & Pastorum ad vera Ecclesia constitutionem requiri, quamvis sola non sufficiat, adeò ut ubi ea desit, sicuti iam apud Protestantes deesse conuicimus, ibi vera Ecclesia residere, nulla ratione queat.

<sup>a</sup> Calvin. 14.  
Inst. c. 2.  
sect. 2. & 3.

**N**eque enim vera doctrina absque doctoribus consistere, neque ones absque Pastoribus longo saltem tempore superesse valent. Christus enim de-  
Ephes. 4.13 dit Pastores & Doctores, ad edificationem corporis sui, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii Dei. Et sicut entaxia atque ordo in regno absque Rege, & legum custodia absque Principe durare diu non potest, ita nec in Ecclesia Hierarchia illa prorsus Ecclesiae necessaria, & doctrinae integritas, atque incolumentis, absque Episcopis consistere potest. Non secus ergo protestantes, si sibi Ecclesiam vendicare volunt, hanc Episcoporum successiō-  
nem, quam doctrinae vere & Evangelica perpetuam integritatem (quam vanissimè & falsissimè se habere iactitant) probare debent.

## THEISIS L.

*In Ecclesia Romana suc-* **N**on autem quod sequitur, & in Ecclesia Ro-  
mana (cui orbis Catholicus communicat) cum cesso Pasto-  
rū Pontificum successione, doctrina & fidei integri-  
tatem & do-  
ctrina. tem (quod illi prorsu absque ratione negant) perman-  
fisse ostendamus. Ac primū quidem, quoniam Ec-  
clesiam Romanam fidem mutasse aiunt, & nouam  
doctrinam nescio quam eius loco substituisse, dicant  
oportet, quo id potissimum tempore factum est? quis  
huius mutationis dux fuerit atque auctor? quānam  
potissimum dogmata à communī Ecclesia sensu ab-  
horreūta disseminauerit? quis illi Heretico pro Eccle-  
sia Catholica se opposuerit, que synodus, que collatio  
cōtra eundē coacta sit? ubi vixerint tum reliqui Ca-  
tholici?

zholici, in quibus templis per orbem sua mysteria per egerint?

## THEISIS LI.

**Q**Uæ omnia atque singula in omni fidei muta-  
tione, & præsertim à primariis Episcopis, qua-  
les Romanos Pontifices semper extitisse non negant,  
demonstrare necesse est, & neminem obseruasse præ-  
ter hos nostros Protestantes permisum est: quia tamen Capt. Babyl.  
tantum abest, ut quicquem veri obseruarint, ut alij & in suppu-  
hanc religionis Christianæ (ut eos omittam, qui ab ip-  
sa Apostolorū etate defectionē accipiunt) Eclipsim  
ante 300. annos, alij & ante 600. b alij ante c 1000. sim in Pro-  
id est circa Gregorij tempora, (& ideo eum Melan-  
tho in Oratione de corrigendis Studiis, pereuntis  
Theologici præfultorem Caluinus d lib. 4. cap. 17. §. Melant. in la-  
42. ultimum Rome Episcopus vocat) euemisse autu-  
ment.

a Auctores  
repeit. con-  
fess. August.

b Lib contra  
Papatum. tom.

c Lutherus in  
Capt. Babyl.  
7 pag. 450.

d Cal. pas-  
toratione an-  
mudi. p. 602.

e Cal. pas-

f phetas mino-  
res, & in Ep.

ad Sadolet.

g Melant. in la-  
ci edit. 1.

h Smidelin⁹ in  
respō. ad A-

i pol. Staphy.

Pantaleonin  
Chrono.

**Q**Uæ sententiarum diversitas planè falsitatis Foxes in A-  
argumentū est. Hoc autem de Gregorio, quā Et tu Ecclesia.  
improbabile sit, quis non videt? Nam certe eiusdem Functus in  
pore aut nulla in terris Ecclesia fuit, aut ea cum Gre Chron.  
gorio communicauit, ut abunde liquet ex Epistolis, a Lutheru-  
m quas ipse ad Episcopos orbis totius, Orientis, Occi- sepe p. 258.  
dentes, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Italiae de- Calvin. c. 3.  
dit, qua unam fuisse rum in orbe fidem abundè te- I. ad Corint.  
stantur, quum nullius eum de ulla prorsus hæresi no p. 136.  
tarit. Sed sanctissimum virū omnes cōfessi sunt, & philip. l. de  
Ecclesia.

a L.11. Regi  
ftric. 11. post  
med. & l.7.  
Ep. 64. post  
med.

## THEISIS LIII.

**Q**Uod autem postea hec mutatio subsecuta non  
med. & l.7. sit, manifestum quoque est. Nam cum eodem  
b L.4.Ep. Gregorio Romanam <sup>a</sup> sedem omnium Ecclesiarum  
59.inicio. caput successores confessi sunt, ut <sup>b</sup> pallium à Roma  
c L.1.Ep.25. infin. & l.11. no Pôtifice peteretur, ad <sup>c</sup> reliquias miracula fieri <sup>d</sup>,  
Ep.42.tota. imagines sacras, que in Ecclesiis sunt, frangi non de-  
d L.7.Epist. bere, signum <sup>e</sup> crucis <sup>f</sup>, aquam benedictam <sup>g</sup>, peregrina-  
109.tota. nationes, Missarum <sup>h</sup> solennia & sacrificia <sup>i</sup>, Sancti  
e L.1.Dial.e. 10. in med. moniales non nubere <sup>k</sup>, leues culpas igne purgatoriyle  
f L.1.Dial. uarii, Sanctos innocendos, & alia omnia dogmata,  
e.10.in fine. obqua Heretici Ecclesiam defecisse calumniantur,  
g L.2.Ep.c. & nos à vero aberrare: quæ tamen, si in Gregorio ha-  
21. & 37. b L.11.Epist. reses non fuerunt, nec in nobis profecto huiusmodi  
57.post med. censemuntur. Non igitur Ecclesia fides mutata est,  
i L.3.Dial. sed ipsi mutatis sunt, cum Ecclesiam egressi, ex Ca-  
c.14. tholicis heretici evaserunt.

## CAPVT IX.

*Analysis Thes.42.ad 54.*

Apostolice cap  
pellatio 4. no  
ta Ecclesie  
ab Aſſert. pro  
posita.

**E**A demum Ecclesia quæ Apostolica appellatur, hoc est, ab Apostolis promulgata & Apostolicam doctrinam perpetua Episcoporum successione retinens, vera est Ecclesia.

Ecclesia Romana est eiusmodi.

Est igitur vera Ecclesia.

*De pref. her.* Maior probatur ex Tertulliano, Cypriano,  
*Lib.1.Ep.6.* Augustino, Irenæo qui continuam Episcoporum  
suc-

successionem haereticis obiecerunt. Item: Vera *Pf. cōt. part.*  
*doctrina sine doctoribus cōsistere non potest.* *Donat.*  
*Eph. 4. Christus dedit Pastores & Doctores ad*  
*ædificationem corporis sui.* *Lib. 3. c. 5.*

Minor est in promptu, quippe quum R. Eccl.  
*cōtinuam habeat Episcoporum successionem.*  
*Nec veritatem fidei ab Episcoporum successio-*  
*ne ( q̄ia quidem sola non sufficit ) sciungimus.*  
*Hac successione carent Protestantes.*

Si dicant, Rom. Ecclesiā Apostolicam fidem  
*mutasse, doceant igitur quo tempore, quo au-*  
*thore id factum sit: in quibus dogmatibus defe-*  
*cerit ab Apostolica doctrina, quæ Synodus pro*  
*pterea congregata sit. Siqui sint qui existiment*  
*post tempora Gregorij illam defectionem cœ-*  
*pisse, constat Gregorium eandem fidem agno-*  
*uisse, quam hodie Ecclesia Rom. profitetur.*

## EARVNDEM THES. REFUTATIO.

**Q** Via nos aliis in locis de Pastorū Ecclesiæ  
*successiōe fusē disseruimus, vt eā personā*  
*Episcopis Pontificiis detraheremus, quā perpe-*  
*ram assumpserunt: idecirco nunc paucis cōtentī*  
*erimus, tātūmque hac de re dicturi sumus, quan-*  
*tum superior argumentatio postulabit.*

Primum omnium Pontificios demiror adēcō *An Eccles.*  
*fidenter Episcoporum successionem, inde vs-*  
*que ab Apostolorum temporibus, sibi vendi-*  
*cantes, qui tamen nunquam adhuc probare po-*  
*tuerunt, nec vñquā sane probabunt, Episcopo-*  
*rum gradum quo nunc illi vtuntur, Apostolo-*  
*rum temporibus in vsu fuisse, vt Episcoporum* *Rom. sit A-*  
*postolica.*

series ad consuetudinis, non ad Apostolicæ institutionis successionem in eos serio sit referenda: qua de re pauca quædam paulò post etiam erunt nobis dicenda. Sed ut istum Episcopalem gradum ipsis largiamur Apostolicæ id est diuinæ ordinationis esse, & plurimum tribuendum piorum Pastorum consensui aliquot seculis continuato: negamus tamen successionem hāc dici posse essentialem Ecclesiæ notam. Quis enim esse potuit huius notæ usus in ipsis nascētis Ecclesiæ primordiis, vnde cumque tandem illam inchoēs? Et tamē iam tum Ecclesiam esse oportuit suis essentialibus notis præditam: ex qua verè posset at adulterina dignoscī. Rursum ergo vanus hic Assertor esse deprehēderis. Nūc argumentum Assertoris examinemus.

*Arg. Asser toris redar guitar.* Maior habet duos errores. Vnus est, quod definit, eam demum esse veram Ecclesiam, quæ Apostolica appellatur: quum potius, esse, quam appellari Apostolicam dicendum fuerit. Alter error in eo est, quod Apostolicam Ecclesiam eam esse statuit, quæ doctrinam Apostolicam perpetua Episcoporū successione retinet. Nos autem fatemur quidem eam esse veram Ecclesiam quæ est Apostolica, hoc est, quæ doctrinam in Apostolicis scriptis comprehēsam constanter retinet: sed Episcoporum successionem, quam Assertor urget, esse quoque necessariam, pernegamus.

*Probationes Assertoris ex canticis.* Minor propositio planè falsa est. Iam eius probationes excutio. Primum, reddit ad suam illam cantilenam de hæreticis olim refutatis quam nobis candem perpetuò canit.

Veteres

Veteres, inquit, continuam Episcoporum successionem hæreticis obiecerunt. Respōdeo, *Responsio ad testimonia Veterum.* successionem Apostolicę doctrinę fuisse hæreticis obiectam, quam quidem Episcopi ab Apostolorum temporibus, continua successione, conservarunt. Ergo, mi Assertor, idem quoque tibi ac tuis Pontificiis faciendum, aut certè huic exemplo Veterum quod profers renuntiandum est. Eam fuisse veterum mentem perspicuum est ex his eorum verbis. Vnde extranei & inimici Apostolis hæretici (inquit Tertullianus) *De Praescr.* nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vniuersisque *Ibid.* de suo arbitrio aduersus Apostolos, aut protulit, aut recepit? Item: Percurre Ecclesias apud quas ipsæ adhuc cathedræ Apostolorum præsidentur, sonantes vocem & repræsentantes facie vniuerscuiusque: Et, iis presbyteris obaudire oportet (inquit Irenæus) qui cum Episcopatus *Lib. 4.c. 43.* successione, charisma veritatis certum, secundum *& 44.* dūm placitum Patris acceperunt. Item: Adhærente oportet iis qui & Apostolorum doctrinā custodiunt & cum Presbyterij ordine sermonem sanum & conuersationem sine offensa præstant. Ac ne longius abeamus, fateris ipse, solam successionē Episcoporū non sufficere, nisi simul ad sit fidei veritas. Nos igitur ex ipsis Veteribus, adeoque ex teipso, in teipsū ita concludimus.

Ea demū Episcoporum successio, quæ simul *Retorquuntur* habet fidei veritatē, est nota Ecclesiæ (vt veteres *arg. in Affir-* nobis obiecti censuerunt, & vt Assertor ipse a-*torem.* guoscit, à veritate cōuictus ac prouide sua non iam asserens sed deserens.)

At Episcoporum Pontificiarū successio non

simil habet fidei veritatem.

Quare Episcoporum Pontificiorum succel-  
sio non est nota Ecclesiæ: Negas argumenti no-  
stri assumptionem? Ergo de ipsius veritate  
vel falsitate prius inter nos disceptetur, quām  
aduersus nos quasi probata eo de quo quæritur,  
aduersum nos argumentum concludas.

*De doctrina & Doctoribus.* Verum enim uero (inquis) doctrina siue doctri-  
nibus esse non potest. Et Paulus ait, Christum  
dedisse Pastores & Doctores ad ædificationem  
corporis sui, nempe Ecclesiæ. Ita est, mihi Affer-  
tor. Id enim postulat ipsius rei natura, ut do-  
ctrina esse non possit, nisi sint qui doceantur, ac  
propterea, qui doceant. Et hanc tum doctrinæ,  
tum doctorum successionem, in genere nos e-  
tiam (ut paulo ante dixi) probamus, & aduersus  
vos ipsos proferimus. Sed quū eam ad Episcopos  
restringas, tibi quoque probandum est, so-  
los Episcopos successionem visibilem & per-  
sonalem habentes (nam de illa successione loque-  
ris) Ecclesiæ doctores esse posse. Atque hic rur-  
fus te deprehendo in Petitione principij, qui  
error tibi familiaris est. Etenim Ecclesiæ esse  
non posse sine visibili & personali Episcopo-  
rum successione, est dicere Ecclesiæ semper  
esse conspicuam & semper in illa Claritate  
versari de qua ante à nobis disputatum est. At  
nos statum exteriorem Ecclesiæ ita distingui-  
mus, ut dum nobis apparebit suis partibus con-  
stas, tum dicamus vigere in Ecclesia Pastorum  
legitimam successionem: sed collapse exteriore  
Ecclesiæ statu, dicamus simul intermissa esse le-

*Eph. 4.*

giti-

gitimam illam Pastorum successionem; alioqui non collapsus esset status exterior Ecclesiæ. Quid ergo fieri dicemus quum Ecclesia, quoad eius fieri potest, oppressa ac propemodum eversa est? Nempe (ut scriptū est in Apocalypsi) *Apoc. 11.13.* Ecclesiam in deserto & in solitudine constitutam ali nihilominus à Deo, quia non patitur veram doctrinam in Ecclesia, quātumuis licet delitescere, intermori. Ex quo fit ut Ecclesia in solitudinem redacta suos habeat doctores, licet ipsorum non sit ea visibilis & personalis successio quæ conspicitur in Ecclesia visibili quandiu status eius exterior durat. Non enim Dominus alligatur isti visibili Episcoporum successioni, qui potest (inquietabat Ioannes) ex ipsis lapidibus excitare filios Abraham. Quare quum ita ratiocinaris, Semper sunt doctores in Ecclesia: Ergo visibilis & personalis Episcoporū successio semper est in Ecclesia: peccas παρὰ τὸν ἀπόστολον. Causa tui erroris hæc est: quod non distinguis inter rem & modum rei. Sunt enim semper doctores in Ecclesia, sed non semper eodem modo. Itaq; noli obsecro locum Pauli P̄tificiis Episcopis accommodare. Nam Paulus loquitur de veris Pastoribus & doctoribus, nō de iis qui dicitur quidē Pastores & doctores, sed non sunt *Expenditur nisi opere meus.* Sic enim Paulus: Dominus, inquit, *locus Pauli.* dedit Pastores & doctores ad coagmentationē *Eph. 4.* Sanctorū, ad opus ministerij, ad edificationem corporis Christi: nēpe (inquit) ne circūferamur omni vēto doctrinę nequitia hominū. Tui autē Episcopi neq; pascunt, neq; docēt, nec Ecclesiā

H.j.

ædificat, nec ullum opus ministerij ne summis quidem digitis atrectant. Non sunt igitur ex eorum Pastorum numero quos Christus dedit. Quinetiam vos Monachi qui docendi partes in Ecclesia Rom. (sineulla legitima vocatione, ne ex vestris quidem decretis) vobis arrogastis, Sacerdos non coagmentatis, sed quantum in vobis est discerpitis, ipsamque Dei Ecclesiam libenter euersam velitis, nedum edificata. Et in causa estis cur magna hominum pars fluctuet, & quo-uis vento doctrinæ circumfratur, quippe non adhaerens verbo Dei, sed sequens humana com-menta & vestras Traditiones, quibus ve-ram doctrinam corrupistis. Atque hec de Pauli loco a te citato & nihil ad causam tuam perti-nente. Quamobrem (ut locum hunc concluda-mus) unum ex te quaro, mi Assertor: An Epis-coporum successio, de qua disputas, possit a suc-cessione doctrinæ Apostolicæ separari, nec ne. Si separari potest, quorsum igitur nobis illam obtrudis, qui successionem Episcoporum a suc-cessione doctrinæ Apostolicæ separatam ipse-met fatearis non esse notam Ecclesia? Si non potest separari: Ergo Ariani fuerunt vera Christi Ecclesia, quandoquidem visibilem Episco-porum successionem habuerunt. Idem dico de Do-natistis & plerisque aliis veteribus hereticis qui in haeresin ab ipsis suis Episcopis abducti sunt. Item, sequitur Græcas Ecclesiæ (quas vos Pon-tificij damnatis) esse veras Ecclesiæ, ac propte-re a vobis damnadas non fuisse. Habent enim istam visibilem Pastorum successionem quod negare

negare nec audetis nec potestis. Ex quibus efficitur, inutilē esse tuam hanc de Episcoporū successionē disputationē, cùm potius probare debas, doctrinam Ecclesię Rom. esse illam ipsam quam Apostoli scriptis tradiderunt, quod nunquā facitis, ac nihilominus semper clamatis vos esse veram Dei Ecclesiam. Hoc autem loco tuā, mi Assertor, atq; omnium hominū conscientiā imploro: Quid est tergiuersari si hoc non est? *Monachorū Quæritur inter nos de vera Ecclesia. Ecclesiāp tergiuersa-*  
*Rom. esse verā Dei Ecclesiā affirmatis: nos nega tio.*

mus. Eam demū esse verā Ecclesiā quæ doctrinā Apost. retinet, affirmamus: nō negatis: Ecclesiā *Cause statu.* autē Rom. Apostolorum doctrinam constāter retinuisse, affirmatis, nos quidē id pernegamus. Ecce igitur totius cōtrouersiē status: An Ecclesia Rom. retinuerit Apostolicā doctrinā. Hoc quū probare vultis, nobis, scilicet profertis Episcoporum vestrorū successionem; quā tamē sine doctrinē successionē inutilē esse cōceditis. Obsecro, cur nō potius ad ipsas Apostolorū tabulas recurrimus? En tibi in p̄optu, quid prēdicarint Apostoli, quid docuerint, quid sequendū, credēdūmque nobis tradiderint. Huc ergo, huc in quam, deueniendum est, & quoties vos Claritatem, Antiquitatē, Episcoporū successionem & cetera eiusmodi iactatis, toties, mi homo, diverticula quæritis hanc Scripturæ viam compendiariā refugiētes. Atq; vt id etiam sit magis perspicuū, tuas iā interrogatiūculas audiamus.

Dicunt Protestantes (inquis) Romanam Ecclesiam mutasse fidē Apostolicā: doceat igitur,

*Assertoris interrogatio-*  
*tiuncula ex-*  
*cituntur.*

quo tempore, quo authore &c. Egregiam verò differendi rationem! Ecclesiam Rom. ab Apostolica doctrina descipiisse docemus hac ratione lögè firmissima & à tuis interrogatiunculis tutissima , nempe quia Romana Ecclesia aliter docet quam Apostoli docuerint : ac simul ipsorum Apostolorum doctrinam & sanctissima eorum scripta proferimus. Hic autem exclamans à nobis flagitas , vt doceamus , quo tempore Rom. Ecclesia corrūpi cœperit. Quid? non satis est , si doceo corruptam esse? Perinde facis, mi' Assertor, vt si fortè tibi offeratur corpus aliquod ad tabē redactum , aut si tibi arbor quædam emortua & putris ostendatur , tum id ita esse neges, nisi præcisè definiā quoniam tempore, vel corporis tabes, vel arboris putredo esse cœperit. Et quia fortassis hęc similia tibi non placet, Ecce, vestram Ecclesiam vulgo nauiculā appellatis: eam nos dicimus corruptelis esse & erroribus submersam, qui sēsim, cēu per rimas, infusi sunt. Id autem audes negare , nisi simul dixero quoniam hora nauicula rimas agere cœperit , ac tibi ostendam primam illam aquæ

An Ecclesia guttam quæ in nauiculā influxerit. At enim Ecclesia corruptio non solet fieri momento temporis, sed paulatim errores obrepūt, quibus nisi maturè occurratur , tandem Ecclesiam ipsam pessundat: quod & in Regnis & Rebus publicis locum habet, quoties non ab externo hoste, sed internis vitiis tandem collabuntur. Nam etsi clarissima extant Romanæ Reip. monumenta, difficile tamen esset punctum illud temporis obser-

uare, quo primum ea cœperit corruptio quam tandem Reipublicæ ruina consecuta est. Nam (ut ad superiores similitudines redeamus) si quis quum sanò esset ac valido corpore, iectu gladij semei obtruncatus: si arbor, vel statim excisa, vel impetu euulsa: si nauis uno fluctu demersa sit, tum sanè poterit ipse temporis articulus annotari; ita si quum bene se haberet Ecclesia, suisque omnibus partibus constans floreret: iectu nouæ alicuius calamitatis statim atque uno impetu corrueret, tum facile esset diem & horam ipsam obseruare.

Sed ea res nunc inter nos non agitur. Fatum enim vestram Ecclesiam longo temporis progressu hunc tandem errorum cumulum extruisse, quo vniuersus propter terrarum orbis oppressus est. Et si testem quæris, Paulum ipsum adhibeo, qui quum Apolitasiam illam lögē grauissimam prædiceret, iam, inquit, peragitur mystériū iniquitatis. Quod idcirco dico, ne post-hac somnies, nos Ecclesiæ Romanæ corruptiōnem exordiri à Gregorio: quem tamen in eo probamus, quod in suis Epistolis aduersus Episcopum Constantinopolitanum, liberè profet2. Thes. 2. De Gregorio. eum esse Antichristum, qui se vniuersalem Episcopum appellarit: & quam ille sententiam aduersus tuos Pontifices grauissimè tulit, ei nos libentissimè subscribimus.

Atque haec de tuorum Episcoporum successione, qui ex illius vestri vniuersalis Episcopi fontibus profluxerunt.

## THEISIS LIII.

*Quinta Ecclesie nota  
Pastorum ordinatio.*

**Q**uinta Ecclesie nota (que etiam ad superiorē quodam modo pertinet) est legitima Pastorū & Ministrorum in eodē vocatio & ordinatio. Neque enim potest Ecclesia esse absque Pastoribus & E-  
 a Epist. ad p̄scopis, ut D. docet <sup>a</sup> Cyprianus, qui Ecclesiam de-  
 Puppian. finit esse plebem Episcopo adunatam, &<sup>b</sup> Hierony-  
 b Contra Lu- mus quum ait Ecclesiam non esse que non habet Sa-  
 ciper. ranob. c Ephesiorū cerdotes: id quod apertè patet ex Paulo<sup>c</sup>, qui Chri-  
 t. ver. vili. stum dedisse Pastores & Doctores ad consummationē  
 mo. d Ioa. 10. 12. Sanctorum in opus ministerij docet. Seruato<sup>d</sup> etiam  
 ipse gregem Pastoribus destitutum, necessario perire  
 offendit. Marcenarius inquit, fugit, lupus rapit, &  
 dispergit oves, Episcopos autem huius gregis esse Pa-  
 e C. 20. v. stores patet ex illo<sup>e</sup>. Act. Attendite vobis, & uni-  
 28. verso gregi quos Spiritus sanctus posuit Episcopos re-  
 f C. 21. v. 18. gere Ecclesiam Dei: & illo Ioannis<sup>f</sup>, ultimo, Pasce  
 oves meas.

## THEISIS LV.

**H**Itamen Pastores & vocari debent & ordi-  
 g Heb. 5. 4. nari. Neque enim quisquam sumit sibi hono-  
 rem, sed qui vocatur à Deo: tanquā Aaron: & Quo-  
 h Rom. 10. modo<sup>h</sup>, prædicabunt nisi murantur? Ordinari autē  
 15. non possunt nisi illa manuum impositio de qua Apo-  
 i 1. Tim. 5. stolus loquebatur, i quū diceret, Manus cito nemini  
 k 1. Tim. 4. imposueris, adhibeatur. Et alibi, <sup>k</sup> Noli negligere  
 14. gratiam, que in te est, que data est tibi per prophe-  
 tiam, cum impositione manuum presbyterij. Sed nec  
 quacunque, & à quocunque adhibita manuum  
 impositio; ordinationi sufficit, sed ea necessario  
 requiri-

requiritur, que ab Episcopis sit. quod cum usus semper canon. per in Ecclesia conservatus indicat, cum etiam vocamus Anaclebulum illud ( Presbyterij ) in loco Pauli paulo ante allato, comprobat, quod ceterum Episcoporum significare, Chrysostomus<sup>m</sup>, Theophylactus & Oecumenius auctores sunt.

<sup>tus Ep. 2. Cōsil. Nicen. I.</sup>  
<sup>c. 4. Carth. 4. c. 2.</sup>

<sup>I Homil. 14.</sup>

<sup>in c. 4. I.ad Tim. tom. 3.</sup>

<sup>m In cōmēt. eius loci.</sup>

## THESIS LVI.

**I**am verò cum certam, & à nobis etiam probatum sit, ad Ecclesia constitutionem Episcopos & Pastores requiri, & quidem huinsmodi, qui à Deo a missi, vocati & ordinati legitime sint: Primum illud Protestantes à Luther & Calvino & Protestantibus omnibus non sunt missi quaremus: Quis eos ad nouam Ecclesiam erigēdam ad Euangelium predi- miserit, & vocarit. Non enim, cuiusvis est, opera- rios in vineam Domini mittere. si autem se missos, & à Deo quidem vocatos dicant, tum ulterius & illud interrogamus: hec eorum vocatio atque missio siaco anno 1562. ita re- ordinaria ne sit, an extraordinaria: Extra ordina- spōderint & Mi- nistrī Gener- riam si respo- derint, ut solent, (neque enim ordina- uenses in tra- stionum exquirimus.

<sup>pag. 31.</sup>

## THESIS LVII.

**C**um enim lex<sup>a</sup>, vetet uniuersum hominis testimo- a Deut. 17. 6.  
nio, quod aduersus alterum fertur adhiberi si- dem, ac multò minus ferendum sit, ut cuiquam in sua causa credatur. oportet cum, qui se à Deo missum afferit, habere testimonium aut plānè Diuinum, quod supra naturam sit, aut certè humanum, quod H. iiiij.

stet in ore duorum, aut trium testium, alioqui non  
Dei nuncius & Apostolus, sed Diaboli legatus, (ut  
Sleidano te- ipsi Anabaptistarum Prophetas vocant, & Luthe-  
ri lib. 5. hist. rius in primis) sive optimo censebitur.

## THEISIS LVIII.

**A**dde quod Christus Servator noster, quamvis  
unigenita esset Dei, non putarit satis esse, ut di-  
ceret se missum a Deo Patre, nisi etiam per miracula,  
<sup>a</sup> Ioan. 5. 39. & ipsa etiam Divinas literas, id ipsum comproba-  
ret. Præterea, qui mittuntur extra ordinem a Deo,  
non possunt in doctrina sua errare unquam aut labi.  
<sup>b</sup> Vide Sta-  
phyl. in l. de  
Concord. dis-  
cip. Lutheri. cipulos puduerit. Quin & ipse fatetur post publi-  
cationem sua nouæ fidei, in quibusdam se errasse, &  
septicip. Lu-  
thero. Anti-  
logias Ioan. que serio renocat, rationem hanc reddens, quia solus  
Fabri. & erat initio, & ad tantas retractandas, imperitissi-  
Querhämeli. mus & indoctissimus.

<sup>f</sup> In prefac-  
tione Tom. I.  
initio.

## THEISIS LIX.

**D**enique nunquam Deus ab orbe condito mi-  
sit quempiam, qui populum abduceret a solis  
& consuetis ritibus, quos ab ordinariis Pastoribus  
didicissent. & meritò. Nam ipse eos constituerat  
Pastores gregis sui, populūmque eos audire iisserat:  
Lutherus autem, ita venit ut abduceret Christi fi-  
deles, ab omnibus Episcopis & Pastoribus, ab omni-  
bus conciliis, ab universali omnium fidelium consensu  
& con-

& consuetudine: ut neceſſe fuerit, aut nullum fuſſe  
in mundo Christiani gregis Pastorem ante Lutheri  
aduentum, aut quemadmodum olim Synagoga ad  
Christum, ita omnes Christianos ad Lutherum con-  
uerſi debere: nouamque ab ipſo fidem & religionem  
ſuscipere, quod nusquam in diuinis literis inuenitur.  
Probent igitur Lutherus & ceteri (ut Marcioni &  
Valentino Tertullianus in lib. de Praescrip. obiecit)  
ſe nouos Apostolos eſſe, dicant iterum Christum deſ-  
cendisse, iterum ipsum docuisse, iterum crucifixum,  
iterum mortuum, iterum resuſcitatum. Sic enim ſo-  
let Apostolos facere: dare illis præterea virtutem ea-  
dem signa edendi qua ipſe. Volo igitur & virtutes  
ſeu miracula eorum proferri. Miſſio igitur aduersa-  
riorum nulla eſt. Modò ordinationem qualis nam eſt,  
intueamur.

## THESES LX.

**V**bi primum illud animaduersione dignum oc-  
currit, Hereticos veteres conſueuiffe ut pluri-  
mum, imitari Eccleſiam Catholicam in ordinatione  
Episcoporum, (ut ex<sup>a</sup>, Cypriano &<sup>b</sup>, Augustino li- a L.1. Ep.3.  
quet) & ideo à Patribus uno ſolum nomine repræ- ante med.  
benſos, quod nimirum ſucceſſione legitima care- b Epift. 165.  
rent, que ab Apoſtolis deriuaretur, Hereticos autem  
modernos vitroque carere, & ordinatione & ſucceſ- post med.  
ſione, ac proinde multò inuerecundius, quam ulli  
unquam heretici fecerunt, Eccleſiam ſibi vēdicare.  
Cūm tamen abſque his Eccleſiam minimè conſiſtere  
poſſe ſupra abunde probatum ſit.

## THEISIS LXI.

**S**ed ne sibi de ordinatione blandiantur, dicant,  
obsecro, quis Lutherum Episcopum ordinavit?  
quis Calvini? quis Zwinglii? quis Pomerani?  
quis reliquos? vel unum Episcopum dent, qui iis ma-  
Protestantium num imposuerit, ut Episcopi honorem assequen-  
ministri sunt tar. Quod cùm vel dicere, vel assignare nequeant,  
<sup>a</sup> In lib. de iure illud Cypriani audiant sibi tribui, sunt qui vñ  
simplicitate trò apud temerarios conuenas, se sine diuina disposi-  
prelatorum tione præficiunt, qui se prepositos sine villa ordinatio-  
ante med. nis lege constituent, qui nemine Episcopatum dāte,  
Episcopis sibi nomen assumunt, & illud quod alibi i-  
<sup>b</sup> Lib. 1. Ep. dem verissime att, Nouatianus Ecclesia non est, ne  
ad Magnam que Episcopus computari potest, qui Apostolica tra-  
ante med. ditione contempsa, nemini succedens à seipso ordina-  
tus est.

## THEISIS LXII.

**I**n Ecclesia autem Catholica, vocationem & mis-  
Catholica, sionem, nulla ratione, (quā ab Apostolis per ordi-  
est vera Mis- nariam successionem Episcopi descenderint) impro-  
sio & Ordinatio- bare possunt, ac ordinationem multò minus reprehē-  
dere, quandoquidem eorum Patres, Hussite, & à  
in dehorta tiōe à suscip. Catholicis Episcopis, pluribus annis ordinati fue-  
ordinib amirantur, donec a<sup>2</sup> Luther ab hac consuetudine anoca-  
nisti. Papist. rentur.  
p. 577. to. 2.

<sup>a</sup> In disput.  
de Ecclesia

& minist. or-  
di. apud Tur-  
rian. contra

## THEISIS LXIII.

**E**T ipsorum aliqui, nostram ordinationem plane-  
legitimam esse etiam verbis demonstrant. Inter-  
eundē p. 49. quos est Andreas Freihubius, qui hæc ratione suo-  
rum

rum ordinationes defendit, quod Episcopi Catholici  
illis nolint manus imponere. Et ante eum<sup>b</sup> Philip-  
pus idem se prorsus sentire non obscurè insinuauit dū  
testatum esse voluit Lutheranos, libenter canoni-  
cam politiam, quantum ad ordinationem conserua-  
turos, modo Episcopi in eorum Ecclesias seuire desi-  
nerent. Et idem multò clarius habet Lutherus libro  
de missa priuata & uulione Sacerdotum.

## C A P V T X.

## Analysis Thes. 54. ad 64.

**E** Ademum Ecclesia in qua est legitima Pa- *Legitima Pa-*  
*storū & Ministrorum vocatio & ordina-*  
*tio est vera Ecclesia.* *storū voca-*  
*tio & ordina-*  
*tio. S. Eccle-*  
*sie nota ab*  
*Assertore pro*  
*Major probatur ex Cypriano, & Hierony- posita.*  
*mo. Et ex Paulo Eph. 4. Christus dedit Pasto-*  
*res & doctores ad consummationem Sancto-*  
*rum &c. Et ex Christo, Mercenarius inquit, fu-*  
*git, lupus rapit & dispergit oves: Episcopi au-*  
*tem sunt Pastores huius gregis Act. 20. & Ioan. feria.*  
*21. Pasce oves meas. Porro legitima ordinatio*  
*debet fieri per manuum impositionem, &, ab*  
*Episcopis: vt patet ex perpetuo vsu Ecclesiæ, &*  
*ex his verbis Pauli, Cum Impositione manuum*  
*Presbyterij: quod significat cœrum Episcopo- 1.Timoth. 4.*  
*rum: ex Chrysost. Theophilact. Oecum.*  
*Minor est in promptu. Nam Episcopi ab A-*  
*postolis ordinaria successione descéderūt. Pro-*

<sup>b</sup> In Apolo-<sup>gia artic. 14:</sup><sup>confess. Aug.</sup><sup>p. 186. to. 7.</sup><sup>initio libri</sup><sup>P. 227.</sup>

testantes autem non habent hanc notam Ecclesiæ. *Respons. Pro testimoniis.* Quis enim Lutherum Episcopum ordinavit? quis Zwinglium? &c. Si dicant, suorum Pastorum vocationem esse extraordinariam: debuit igitur probari certo testimonio & miraculis, ut Christus suam vocationem probauit. Item: Qui mittuntur extra ordinem nunquam errat in sua doctrina: At Lutherus fatetur se in multis errasse. Item: Nunquam Deus misit quempiam qui populum abduceret à ritibus quos ab ordinariis Pastoribus didicissent. At id fecit Lutherus, &c.

## EARVNDEM THES. REFUTATIO.

**H**æc nota debuit cum superiore coniungi: sed Assertor noster septem voluit Ecclesiæ notas recensere, quod fortasse mysterium aliquod in septenario numero scrutaretur.

Quæ sit legitima vocatio alibi à nobis explicatum est, similique refutata sunt Pontificiorum obiectiones: sed ea tantum hic repetam, quæ facere videbuntur ad solutionem superioris argumentationis.

*Superiorū argumentationis errores.* Maiorem propositionem ita distinguimus, ut in yis libilibus Ecclesiæ statum suum obtinentibus debeant Pastores & doctores ordinari ex præscriptis Apostolicis: ne quibusvis liceat temere & sine legitima atque ordinaria vocatione esse intrudere in Ecclesiasticum ministerium. At ybi vel nondum sunt Ecclesiæ constitutæ vel rectus ille status corruit solum ordinationis nomen retinens, sicut in tota vestra Ecclesia contigit

igit, & status ille corruerit; ibi dicimus, eā fieri  
 à Domino Pastorū & doctorum vocationem,  
 quam pro inuestigabili sua sapientia nouit esse  
 necessariam & conuenientem Ecclesiæ tum  
 conseruandæ, tum etiā instaurandæ. Sic dispersi  
 post Stephani mortem discipuli passim euangeli-  
 garunt Dei sermonem, quos tamen ad hoc  
 munus electos nec ordinatos humanitus fuisse  
 apparer. Sic Philippus tunc diaconus factus est *Act. 8.4.*  
 Samaritanorum Euangelista, insciis Apostolis. *C. 14.*  
 Sic baptisauit Eunuchā quem aiunt postea Sa-  
 bæis Euangelium simili vocatione prædicasse: *Niceph. lib.*  
 Sic sub Constantio docuit Alexandriæ Anto-  
 nius Eremita; & sub Valente Antiochiæ Aphra-  
 ates, Flavianus & Julianus monachi, qui tamen  
 tunc ne in clero quidem censemantur.

Minor planè falsa est, ac miror si sine pudore  
 adscribi potuerit. Sed quia subiicit Assertor a-  
 liquot probationes utriusq; propositionis: iam  
 nobis de illis agendum est.

Vt probet legitimam ordinationem & voca-  
 tionem Pastorum esse Ecclesiæ necessariam, nu-  
 bis aliquot veterum testimonia recitat Aser-  
 tor, qui legitimum Ecclesiæ ministerium com-  
 mendarunt, ac damnarunt Schismaticos Eccle-  
 siam perturbantes. Atqui veteres illi testimo-  
 nium contra nos non dicunt, qui, stante Eccle-  
 siæ, legitimam & ordinariam vocationem Pasto-  
 rum Ecclesiæ imprimis esse necessariam existi-  
 manus. Ad Veteres autem illos quod attinet,  
 quanvis citra verbum Dei superiorem illum E-  
 piscoporum ordinem, in remedium Schismatis

*In Epist. ad Tit.* (vt inquit Hieronymus) instituerint, & ita, nihil tale cogitantes, ianuam patefecerint Episcoporum ambitioni (quod proborum ac piorum Episcoporum pace dictum velim) tamen Pastores priscis illis temporibus non nisi legitimè probati creabantur. Et postquam docendi munus susceperant, eo diligenter fungebantur: neque similes erant Episcopis Pontificiis, nec legitimè vocatis, nec vñquam Episcopatus munere fungentibus. Quare Veteres, quos Assertor citauit, nobis non aduersantur, & Pontificiis Episcopis (siquis illis sensus supereft) summum pudorem incutiunt.

*De locis Scripturae ab Aſſertore propoſiti.* Quorsum autem Scripturæ loci à te produc-

pture ab Aſſertore. Putasti-ne nos ignorare, ministerium Ecclesiasticum ad Deum auctorem eſſe referendum? Christus igitur dedit Ecclesiæ Pastores & doctores, vt citas ex Paulo: sed qui sanctos coagmentarent, & corpus Christi aſſidicarent, non qui perpetuò ſtertētes, otio & luxu diſfluerēt: quales sunt tui Episcopi, qui cùm de solis diæceſeon fructibus ſint ſolicii, cauſæ aliquid dicant, quamobrem mercenarij habendi non ſint: ne locum Ioannis à te productum obliuisci videamur. Iam quòd addis, Episcopos eſſe Pastores huius gregis, hoc eſt, Ecclesiæ: pleniorem expositionem defiderat. Nam si loqueris de Episcopis, vt ſunt in Ecclesia Romana, à Presbyteris, vt nomine, ita dignitatis ordine ſeiuicti, iisque ſuperiores: falſum eſt quod aſſeris, imò nec Paulus nomen Episcopi uſurpauit in eo loco: quod miror te non animad-

uer-

uertisse. Præterea tua hæc Conclusio Presbyteros, ut loqui soletis, excludit, & illis nomen Pastorum denegat: nec te ferrent, sat scio, ipsi Pontificij ita loquentem nisi vclint suos Parochos exauthorare quos tamen Pastores vulgo salutant, curam animarum habentes. Quinetiam, locus ille quem citas ex Act. cap. 20. Egregie te refellit, vbi vnius eiusdemque vrbis, nempe Ephesi plures dicuntur Episcopi & Presbyteri, variis nominibus rei vnam eandemque significantibus. Illa autem Christi verba, Pasce oves meas, quum ad Episcopos pertinere dicis, videris oblitus tui Pontificis, qui sibi mandatum hoc Christi solet tanquam proprium vendicare. Ita dum vna manu vis mederi tuis Episcopis, altera Pontificem vulneras.

Affertor refel  
litur illo ipso  
loco Pauli,  
quem citat.

Sed aliud etiamnum addis: legitimam orationem esse faciendam per manuum impositionem, ex Paulo: Quem nos ritum ab Apostolis usurpatum non negamus, & absit ut cum improbemus. Veruntamen, cur tu in solo illo rito externo subsistis? lege apud cundem Apostolum ea quæ præcipit de Episcopis probandis antequam elegantur, & non sine consensu Ecclesiæ in Episcoporum ordinem cooptandis. Nos eam nudam ac simplicem manuum impositionem facere Episcopum, siue Pastorem Ecclesiæ negamus. Porro subiicis, à solis Episcopis manus esse imponendas, eo quod dicat Paulus, Datam fuisse gratiam Timotheo cum Impositione manū Presbyterij: quo De vocabulo Presbyterij.

1.Tim.3.  
Tit.1.  
Act.14.9c.

nomine putas significari cœtum Episcoporum ex aliquot Veterum sententia. Nos quum aduersus Turrianum disputaremus, probauimus, nomine Presbyterij significari consedium Presbyterorum: ex ipsa nominis Etymologia: ex 22. ca. Lucæ: ac, ne veteres ipsos negligere videremur,

*Lib. 3. Ep. II.* ex Epistola Cornelij Rom. Episcopi ad Cypria  
*Ad Trallian.* num, & ex eo Ignatij loco quem nobis Turrianus porrexerat. Ex quibus relinquitur, nomen Presbyterij non posse significare cœtum Episcoporum, eo quidem sensu quo Episcopi vocabulum usurpati. Neque dubitandum est, nisi ipsa Apostolorum scripta deleas, Apostolicis temporibus, ius *xapōteorias* siue Impositionis manuum, ad omnes Ecclesiæ Pastores sine discrimine spectasse, qui tunc temporis modò Episcopi, modò Presbyteri, modò aliis etiam non inibis appellabantur. Atque hæc de maiore tua Propositione.

Minorem dicis esse perspicuā. Nempe quod Episcopi tui ab Apostolis descenderint. Quem tuum errorem volo subiectis aliquot rationibus redarguere.

*An Episcopi Pontificij ab Apostoli de-scenderint.* Prima ratio: quod ut ante monuimus, Episcoporum dignitas eminens supra alios Ecclesiæ Pastores fuit Apostolis incognita, qui, sine discrimine, Pastores Ecclesiæ nominarunt Episcopos & Presbyteros, ut patet Act. 20, de Presbyteris Ephesini, iisdemque Episcopis appellatis. Phil. I. Tit. I. & aliis consimilibus. Atque id ingenuè agnouit Hieronymus his verbis. Noverint, inquit, Episcopi se magis consuetudine quam

*In 1. cap. ad Tu.*

quam dispositionis Dominicæ veritate Presbyteros esse maiores. Ac vide quām recedas à loco Pauli quem obiecisti. Nam vt ex eo fidem facias , Ecclesiæ Romanae Pastores & doctores ab Apostolis descendisse, necesse esset ita Paulū Quām longè distent Pontificij à Pauli scriptisse. Christ⁹ dedit Ecclesiæ Pōtificē, Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Officiales, Canonicos, Parochos, Minutos Presbyteros, Missipetas: denique Monachorum turmas innumerabiles. Ac tuū mutandum esset loquendi genus à Paulo usurpatum: nec legēdum esset, dedit, sed, dat: quia quotidie nouæ Monachorum sectæ à Pontificiis excogitantur. Iam consideres velim, quām ista omnia à Pauli verbis abhorreant.

Secunda ratio: quod in creandis tuis Episcopis, nihil obseruatur eorum quæ Apostoli præceperunt: nullum enim nec doctrinæ nec morum examen præcedit.

Tertia ratio: quia nihil eorum quæ totos annos quadringētos & cō amplius obseruata sunt in veteri Ecclesia in constituendis Episcopis, apud vos obseruatur: quia de re nos alibi plura diximus. Atq; vt alia prætermittam, quū olim Episcopi suffragiis totius Cleri & consensu plebis creati fuerint: iam pridem antiquum hoc statutum apud Pontificios antiquatum est.

Quarta ratio: quia quæ vetantur veteris Ecclesiæ institutis illa omnia in eligendis Ecclesiæ Rom. Episcopis factitantur. Quem enim mihi dixeris in Ecclesia vestra non nisi pretio, fauore Principum, aut alijs etiā præclaris eiusmodi

xationibus ad Episcopatum proiectum : quem  
vero contrà ex regulis Apostolicis promotum  
ostendas?

Quinta ratio : quoniam Episcoporum apud  
vos constituendorum, omnis authoritas p̄det  
ab uno Rom. Pontifice cuius principatum o-  
mnino cum Verbo Dei pugnare, non minus ve-  
rè quam constanter omnes Protestantē affir-  
mant.

Meritò igitur concludo neq; ordinariam esse  
in vestra Ecclesia ordinationem , quū ea demū  
sit ordinaria vocatio in qua seruatur ordo ille  
à Filio Dei domui suę constitutus : neque ex-  
traordinariā illā cuius ipse Deus auctor est, quo  
ties factō sic est opus: sed fœdam & intolerabilē  
esse sacrorum omniū nundinationem, quam vos  
ordinationis specioso nomine venditatis.

*De Lutheri & Zwingli ordinacione.* Quis Lutherum , inquis , Episcopum ordi-  
nauit? quis Zuinglium ? quæ tua verba conne-  
xum hoc continent. Lutherus & Zuinglius non  
fuerunt Episcopi. Ergo non habuerunt legi-  
timam ordinationem : quod quam sit conse-  
ctariū videamus. Fallit consequens. Primū  
eo quod in Ecclesia collapsa , & a lupis occu-  
pata non eadem requirenda sunt, quæ in stante  
Ecclesia, ut ante dictum est. Deinde quia con-  
stat Lutherum & Zuinglium fuisse Presbyteros , adeò ut istud consequens euertat omnium  
Presbyterorum ordinationem , ipsis Pontifi-  
ciis , sat scio , reclamantibus. Hic igitur mihi  
respondas velim , mi Assertor : Lutheri &  
Zwingli ordinatio tibi-ne videtur legitima , an  
secus?

secus? Si legitima, cur eam insectaris? Si non legitima, cur potius legitima censetur aliorum Presbyterorū ordinatio? dices fortassis illos sua ordinatione excidisse ( quid enim aliud dicas non video ) quia descierunt ab Ecclesia Romana. Imò verò tunc abstenserunt sordes pristinæ suæ vocationis. Quod si vocationis & ordinationis Ecclesiasticæ apud vos ea est conditio, ut quoties Pastores & doctores purum Dei Verbum proponent & ex eo commenta humana redarguent, tum illi statim excidant sua vocatione : serua tibi ac tuis eiusmodi vocationē, quam nos, ut Ecclesia indignissimam, repudiamus. Nec verum est quod vulgo obiicitis, Lutherum & Zuinglium non potuisse alios Pastores ordinare , quia non fuerunt Episcopi ( ita ut vos vocabulum illud usurpatis) qua de re alibi à nobis fusè disputatum est , vbi demonstrauimus , hoc institutum de solis Episcopis ordinantibus fuisse temporibus Apostolicis incognitum, nec præcisè ab ipsa etiam vetere Ecclesia usurpatum. Itaque quum Lutherus, Zwinglius, & aliquot alij præstantissimi Ecclesiæ doctores ordinem Ecclesiæ Pontificiis erroribus labefactatum, ex Verbo Dei instaurandum curauerint : certè in reformata Protestantium Ecclesia Pastores & doctores ex præscriptis Apostolicis instituti , legitimam & ordinariam vocationem habent. Sed pergis & affirmas Lutherum & Zuinglium non habuisse vocationem extraordinariam. Atenim siquid boni in vestra vocatione reliquum est , totum illud De vocatione extraordinaria.

fuit in Lutheri & Zwingli vocatione, quos  
fuisse Presbyteros ex ordine tum recepto con-  
stitutos minimè infici potestis. Hoc quidē fuit  
extraordinarium & insolitum, quod Rom. Ec-  
clesiæ errores, affolente Dei luce, deprehende-  
rint, refutarint, & Ecclesiam ex verbo Dei refor-  
mandam esse docuerint. Sed enim quia tibi vi-  
deris multa dicere de extraordinaria voca-  
tione, nos etiam de illa aliquid dicamus.

*Affertoris  
errores.*

Ecce igitur quæ desidero in hac tua tra-  
ctatione. Primum quum aīs extraordinariam  
vocationem probandam esse certo testimo-  
nio ac miraculis, debuisti proferre Scripturæ  
locum vnde id nobis persuaderes. Nam hæc  
tua ratio, Christus probavit miraculis suam  
vocationem: Ergo nulla potest legitima esse vo-  
catio extraordinaria sine miraculis: hæc, in-  
quam, tua ratiocinatio nullius est momenti: i-  
mò si tecum summo iure agatur, non longè  
aberit à blasphemia. Nec enim huc detor-  
quenda fuit singularis illa Christi vocatio. Sed,  
ut hoc omittam, multi sanè olim Prophetæ  
præter ordinem à Deo excitati sunt, quorum  
non alia miracula legimus quàm doctrinæ  
ab ipsis annuntiatæ veritatē. Ioannem au-  
tem Baptistam ( inquit Chrysostomus ) nul-  
lum miraculum edidisse legimus. Quinetiam  
quum Paulus prædictit Apostasiam futuram,  
tribuit quidem Antichristo miracula & pro-  
digia, & non dicit eum perimendum esse mi-  
raculis, sed Spiritu oris Christi, hoc est, pura  
Euangelij prædicatione.

*In Matth.  
hom. 47.*

*2. Thes. 2.*

Secun-

Secundò debuisti habere temporum rationem. Nam postquam Euangelica prædicatio radices egit, usum miraculorum non requiri. Veteres ipsi censuerunt.

*Chrys. in ps.  
142.  
Aug. de Ver.  
relig. c. 25.  
¶*

Tertiò : fuit tibi spectanda ipsius rei de qua agitur circumstantia. Nec enim Lutherus nouam legem promulgavit, nec eam proposuit Ecclesiæ formam quam Ecclesia nunquam habuerit, neque de instituenda, sed de instauranda ex Dei Verbo Ecclesia cogitauit. Quare satis fuit ipsum Dei Verbum proponere : nec ullis propterea miraculis opus fuit. Quum Apostoli Euangeliū annuntiarent & tunc ageretur de legalibus ceremoniis, hoc est, de ipsis Dei mandatis abrogandis : meritò voluit Dominus visibilibus etiam miraculis Apostolorum prædicacionem confirmare, ac testari se esse illius authorem. At Lutherus & Zuinglius egerunt de Dei mandatis, non abrogandis, sed restituendis atque in usum reuocandis : itemque de humanis commentis & iis erroribus tollendis, qui progressu temporis, ut ferè fit, hominum tam infirmitate, tam malitia in Ecclesiam obrepferant.

Quartò : fuit etiam tibi miraculorum delectus adhibendus. Nec enim omnia miracula sunt eo modo visibilia, quo legimus cœcos olim usum recuperasse, quosdam fuisse à mortuis excitatos & consimilia pleraque. Sed sunt & alia non tam corporis quam mentis H. iij.

oculis conspicienda miracula, cuiusmodi multa affirmamus in Lutheri & Zuinglij prædicatione extitisse: qui quum infirmi essent & tenuis conditionis homines, tamen instructi diuina virtute, ac imprimis verbo Dei armati in primatum Rom. Pontificis preter ius fasque usurpatum, & humanis omnibus viribus circunseptum, fortiter & magno cum successu, impetum fecerunt. Atque haec de Lutheri & Zuinglij miraculis aduersus tuum Pontificem editis.

*Obiectio de Lutheri erroribus errasse: Non fuit igitur extraordinariè vocatus.*

scripta eo loco habere, quo habemus Scripturam sacram quam Apostolus ~~hunc dicit~~ appellavit? immo illi sibi credi noluerunt, nisi ex verbo Dei loquerentur. Quod si rerum aliquarum ignorantia, vel obscuriore cognitione tolli existimas extraordinariā vocationem, obsecrò, quot Prophetas & Apostolos exauthorabis? atque ut de reliquis taceam, profero Petrum Apostolum (quem vos Pontificii imprimis suscipitis, aut vestri Pontificis causa, suspicere ac reuereri singitis) qui principio non cognovit futuram Gentium vocationem & idcirco fuit cœlesti etiam viso hac de re admouendus.

*Ad. 10.*

*Vt:ima obiectio refellit.* Sed obiicis etiam, Deum neminem misisse qui populum à solitis ritibus abduceret quos ab ordinariis Pastoribus didicisset. Satin' sanus es, mi homo, qui istud effari audeas? Lege concio-

conclaves Propheticas & ibi vide tum populū  
tū sacerdotes ipsos grauissimè reprehēsos, quū  
Prophetæ à peruersis ac nihilominus solitis ri-  
ribus populū abducere conarentur. Sed de ex-  
traordinaria vocatione, pro ratione nostri hu-  
ius instituti, nimis iam multa. Quare fremant li-  
cet & rumpantur omnes Monachi ( siquidem  
nolint relipiscere) certè, maledictis eorum va-  
lere iussis, Lutheri & Zuinglij, quos infectari cō-  
uitiis non desinunt, sanctissimos labores omnis  
posteritas intuebitur: atque, vt ad Posnaniēsem-  
istum disputationem propius acedam: ipsius e-  
tiam Ioannis Hus & Hieronymi à Praga feli-  
cissima semper futura est memoria, qui Luthe-  
ro & Zuinglio facem prætulerunt, suāmque pie-  
tatem ac constantiam ipsa etiam morte testati-  
sunt.

Ceterū antequām finem faciā, volo ego vī-  
cissim despicer ecquām vos Monachi vocatio-  
nem habeatis. Huius autem quæstionis defini-  
tio arcessenda est ab eo ipso principio quod an  
te nobis obiecisti, nēpe ab hoc Pauli loco, De- *Eph. 4.*  
dit Dominus Ecclesiæ Pastores & Doctores &  
Hic, mi Assētor, nullam audio fieri Monachorū  
mentionem. Sic igitur ex his Pauli verbis in te-  
tuōsque omnes Monachos differimus. Si illi de-  
mum habent in Ecclesia legitimam docendi vo-  
cationem & ordinationem qui à Paulo comme-  
morantur: monachi nullam habent quorum  
in scriptis Apostolicis ne tenuissima qui-  
dem sit mentio. Estenim summæ impuden-  
tiae quæ de Hierosolymitanæ Ecclesiæ agapis  
I. iiiij.

dicuntur ad Monachorum vota transferre. Quæ  
vero de Essemis ex Philone commemorat Eu-  
sebius, facile sanè patiemur esse pseudomonachatus postea consequuti ~~exercitatu~~. Sed vtcunq;  
*Greg.lib.re-*  
*gisti 3.ep.ii.* sit, illud dico, ad Gregorij usque primi tempora  
*Concil.Aga-* Monachos ne inter clericos quidem habitos  
*27.Chalced.* fuisse, nisi forte ex ipsis monasteriis adsciti  
*7.* (quod & ipsum temere non siebat, vt ex vete-  
ribus Canonibus apparet) Monachismo renun-  
tiascent. Hæc enim sunt Gregorij verba, Inui-  
cet Ecclesiasticus ordo Vitæ monachicæ, &  
Ecclesiasticis utilitatibus regula Monachatus  
impeditur. Quo tandem igitur iure vos Mo-  
nachi non tantum in clero, sed etiam Ecclesiæ  
doctores atque adeò primarij gubernatores  
dici & haberi vultis? Certè non diuino, cui  
Monachatus iste ex diametro repugnat: non  
canonico vetere, & puro: sed verè Satanicō il-  
lius iure, qui nulla ex re magis quam diuina hu-  
manaque ipsis iuris subuersione facit. Sed iam  
superiorem argumentationem in nostrum Af-  
fertorem hoc modo retorqueamus.

*Superior ar-  
gumentatio  
rutorqueatur  
in Afferto-  
rem.*

Ea demum Ecclesia in qua est legitima Pa-  
storum & Ministrorum vocatio & ordinatio  
est vera Ecclesia (inquit Assertor.)

In Ecclesia Rom. nulla est legitima Pastorū  
& ministrorum vocatio & ordinatio (vt patet  
si verbo Dei, aut si id nimis refugiāt, suis ipsis  
decretis examinentur)

Quare Ecclesia Rom. nihil minus est quam  
vera Ecclesia. Sed hactenus de legitima voca-  
tione & ordinatione, de qua noster Assertor  
mona-

monachus & nouæ Sodalitatis sectarius dispu-  
tare voluit, ipse legitima vocatione & ordina-  
tione destitutus.

## THEISIS LXIII.

**S**extum Ecclesie Symbolum, atque nota est San-  
ctitas, nō ob id quidem Ecclesie attributa. quod si nota, San-  
peccatores atque reprobos planè reiiciat ( hoc enim clitas.  
iam supra refutauimus) sed vel quia Christis angui- Heb. 9.14.  
ne tincta est, vel quia nisi intra eius septa sancti non aet. 9.13.  
innueniuntur, vel denique, quod verius videtur, quia Rom. 12.13.  
fides, qua Ecclesie inter se membra coalescunt san- b. Cœlius 2.  
cta sit & sacra. Hac ratione fideles, eodem in diui- Curio in an-  
nis literis Sanctorum nomine appellantur frequen- notat. super  
tissime<sup>b</sup>. Sunt & aliae causa quamobrem Sancta di- Dialecl. Pe-  
catur, sed ijs pratermissis, videamus, an secundum rius in com-  
hanc postremam appellationis rationem, qua maxi- pendio Phy-  
me propria est, Protestantium cœtus, Sanctitatis no- sica.

## THEISIS LXV.

**E**orum dogmata litem dirimant, que sanctitati protestantium  
fidei repugnare luce clarius est. Nam<sup>a</sup>, impri- impia do-  
mis Deum auctorem malorum atque scelerum fa- gmatu.  
ciunt<sup>b</sup>, Christum ab initio conceptus & ortus sui a Calu. lib.  
1. Instit. c. 18.

23. §. 24. ¶ c. 24. §. 14. Melanthon in comm. c. 8. Epist. ad Rom. VV itemberge.  
 anni 24. P. Martyr in comm. c. 2. lib. 1. Reg. Robertus Stephanus in response  
ad Catalog. s. suorum errorum. b Luther in Euang. Dominicæ 1. past. E-  
piphan. in fine in postilla maiori. pag. 170. Zwinglius in confessione ad Cœ-  
lum 5. art. 1.

**P**etrus Pal plenum gratia non fuisse afferunt<sup>e</sup>. Eundem in hor-  
ladis in <sup>a</sup> ro patrem orasse, ne tentationi succumberet, & ita  
ratione Christi quidem orasse, d. ut orationem quam vis doloris ex-  
isti. Joan. 17. d. Angusti torcit, subito correxerit (quod Christum erroris at-  
mox Mar-<sup>b</sup> quere est) eundem afflictum, putasse à Patre se de-  
coratus in lectum, f. & quasi Deo aduerso, iam esset exitio deuo-  
Matth. 26.  
Calvin. in tus. horrore correptum esse. Post denique mortem gis  
Harmonia stasse flamas & pœnas inferni, ab ipsoque demonis  
Euang. bus excruciatum. que omnia quam in sanctissimam  
e Rob. Ste- Christi vitam, passionem atque mortem contumeliosa  
phantasie in re sunt?  
ffectione ad

Catalogum  
error. art.

### THEISIS LXVI.

**A**lij autem contrarium his sentientes, non mihi  
in Harmon. annus tamen, quam superiores blasphemari, omni  
Euangel. & no ad inferos descendisse Christum pernegant tanto-  
in l. 2. Instit. r. 16. §. II. &  
logiam esse id quod in Symbolo de hoc descensu po-  
natur, & inferorum nomen pro sepulchro accipi. **A-**  
**E**pirus li. nec articulum quidem, quo Christum ascendisse  
in comm. in in caelos credimus, reliquum nobis faciunt, sed Christi  
Psal. 16. Calisti humanam naturam ab initio incarnationis in  
windib. 2. in fit. o. 16. §. caelo fuisse communis scuntur<sup>b</sup>, Iam vero Symbolo A-  
thanasi nec credendum nec discredendum, nisi ad  
a Bucerus Scripturam non nomen examinetur, d., Homousion  
in cap. 26. non ferendum <sup>c</sup>, Omnia necessitate absoluta eue-  
& 27. Mat. Brentius in nire, & id quod proxime sequitur, homini deesse libe-  
Catechismo,  
a. 51.. b Illyricus in l. de omni presentia Carnis Christi. Brentius in Catech.  
a. 51.. c in Lucam p. 2. Ifomil. 50. Losius in c. 26. Matth. 8. midelinus in dispu-  
tatione Tübingensi. cap 27 & c. 34. c Calvin. in Synodo Lausannensi  
d. Lutherus contra Jacobum Latomum. c Luther. art. 16. & lib. de Seruo-  
auistrio. Cala. lib. 2. Instit. c. 2. j. & 4.

rum arbitrium docent, propositionem de necessitate bonorum operum ad salutem esse exitiosam, Ecclesie, & conscientiis piorum nocuam, & animas hominum, post mortem dormire, nec statim premia reciperere, aut poenas experiri, aliaque impia atque nefanda tradunt, quae non à Divino Spiritu, sed à Iudeis, Turcis, Philosophis Ethnicis, aliisque Christi hostibus didicerunt, tantum abest ut è cælo, hac dogmata habeant, ut Lutherus impudentissime gloriabatur.

*Andreas Musculus apud Abdiam Prætoriū in reffōsione ad librū eius de bonorum opere & nouitatu vite liberte, l.2.*

*37.p.42.*

*G.Cal.lib.3.*

*Instit.c.25.§.*

*6.in fine. Lu*

### THEISIS LXVII.

**D**octrina huius impietas, auctorum improbita ther. Generem abunde arguit, atque eius in primis, qui sis. to.6.pag. cateris ansam eius disseminande prabuit, adeoque manifeste declarat, ab ambitione, Dei & hominum odio, ipsoque cacodemoni impulsu, ut spretis atque h. In l. contra contemptis maiorum institutis, nouas & inauditæ Regem. opiniones sequeretur, quod dolendum quidem est, mihi. nus tamen mirum videbitur, si ad Hæresiarchas illos veteres, oculos atque animum cōuertamus, quos a Hære. 42. iisdem ambitionis atque odij stimulis, veluti furiis circa init. & quibusdam agitatos, ad eandem insaniam prolapsos Har.75. ini. grauissimi scriptores testati sunt. ita certè de Mar- b L.3.de Ha cione et Aerio Epiphanius :<sup>a</sup> de Montano at Ario, retic. Fabul. b Theodoretus : de Nouato, c Ensebius: de Sabbatio & lib. 4.ini. d Socrates: de Ioanne Viclepho, Thomas VValden. tio. memoria prodidere.

### THEISIS LXVIII.

**Q**uis Lutherum sequutum, ut parentes, satis ipse indicat, dum se orta de indulgentiis contro fid. c.60.

*c L.6.hist.c. 33.initio,*

*d L.5.hist.*

*e 20.*

*c L.2.Doct.*

a In prefat. uerba, non longius progressurum fuisse fatetur<sup>2</sup>, si ad  
to. 1. circa si uerbarium suam Tetzeliū compresissent, id alibi  
pem. apertius declarat. Corpus enim Christi in Eucharistia

b In Ep. ad contineri negaturum se constater afferit<sup>c</sup>, (quoniam  
Argentinen, ea ratione videret se multum papatiui incommodare  
Protestantes posse) nisi scripture usque adeo clarae essent. Superbif-  
ex superbia simum autem bipedum fuisse ea vox clamat, quae se  
& odio capte runt, dogma magna pœnitentia duci afferuerat, quod se Carolo Ca-  
ta noua disce sari tantum submiserit, quod de sua doctrina sicerit  
minare. quempiam iudicare.

## THEISIS LXIX.

**Q**uam insolentiam, & sui in ipso animaduer-  
terunt, ex quibus quidem ita<sup>a</sup>, scribunt: Pro-  
in respon. ad pheta & Apostoli Dei glorie, non priuato honori, nō  
librum quem suæ pertinacia & superbis studebant: Lutherus au-  
scripsit Lu tem sua querit, pertinax est, insolentia nimia effe-  
therus cōtra tur, & in omnibus correptionibus suis, plurimum  
Zwingliū. maligni spiritus, quam minimum veri amici, et pa-  
terni animi habere deprehenditur.

## THEISIS LXX.

*Evangely Pro-  
testantium  
fructus.*

**Q**uid igitur mirū si hec noua. Euangelii lux,  
a in Postilla que ipsius opera. si Diis placet, primò homi-  
min. super nibus affulgit, nihil attulerit mortalibus commodi,  
Dan. 1. Ad-sed pernitiem sempiternam? quod ita accidisse ipse lo-  
uent. pag. 1. cupletissimus testis est. qui quodam in loco ita loqui  
& in c. 6. ad tur: 2. Res in medio est, nunc maiorem anaritiam,  
Gal. 1. crudelitatem, libidinis audaciam, improbitatem esse  
b in c. 23. Ge nos p. 327. quam ante sub papatu haec fuerūt. Et alibi<sup>b</sup> Germa-  
niā

niam suam, post nouum Euangelium, tantum non  
oblessam videri à Diabolo ait. Quia omnia<sup>c</sup>, Smide c Cōcione 4.  
delinuit in concione quadā clarius explicitūt his ver<sup>in Luc. 21.</sup>  
bis, qua de suis profert. Atque, ut totus mundus a-  
gnoscat, eos non esse Papistas, nec bonis operibus quic  
quam fidere, illorum etiam operum nullum exercent  
penitus idem & alij perplures fecerē<sup>d</sup>, Sed experi-  
entia ipsa docet omnia, nunc peius, quam ante se ha-  
bere, quod eius Euāgeliō grauiissima excitata bella, perasp. 2. &  
dissidia, urbium euerſiones, prouinciarum depopula<sup>m</sup> Ep. cont.  
tiones, humanorum diuinorū inque profanationes a-  
bundē testantur, adeoque non Euangelistam, sed im-  
pium fuisse Apostatam satis declarant.

## C A P V T XI.

*Analysis Thes. 64, & deinceps ad 71.*

**E**A demum Ecclesia quæ sancta dicitur, ve-  
ra est Ecclesia. Dicitur autem Sancta, non <sup>Sanctitas 6.</sup>  
quod Reprobos planè reiiciat, sed quia, vel san-  
guine Christi tincta est, vt patet Heb. 9. versi.  
14. vel quia sancti non reperiuntur extra eius <sup>A Thes. 64.</sup>  
septa, vel, quod verius videtur, quia fides qua <sup>ad 71. p. 31.</sup>  
Ecclesiae membra inter se coalescūt, est sancta: <sup>32. 33.</sup>  
qua ratione fideles sancti appellantur.

Ecclesia Romana est eiusmodi

Est igitur vera Ecclesia.

Contra: Protestantes dogmata proferunt  
quæ Sanctitati fidei repugnant non faciunt  
Deum authorem mali: Dicūt Christum ab ini-  
tio sui ortus plenū gratia non fuisse, Christum  
gustasse flammas & pœnas iufernī & fuisse ab <sup>Assertoris</sup>  
<sup>non argumē</sup>  
<sup>ta, sed evan-</sup>  
<sup>sia, calūnia,</sup>  
<sup>mendacia,</sup>  
<sup>fine aliquid</sup>  
<sup>etiam illis</sup>  
pernus.

*Monachus  
tem andas  
siam?*

ipsis dæmonibus excruciatum: omnia necessitate absoluta venire, homini deesse liberum arbitrium: animas dormire post mortem, & alia eiusmodi. Porrò Lutherus fuit superbissimus bipedum, insolens, pertinax, sua querens &c. & inter Protestantess maximam esse auaritiam, crudelitatem, libidines, audaciam & improbitatem fatentur Lutherus, Smidelinus, & experientia ipsa docet &c.

## EARVNDEM THES. REFUTATIO.

**S**equētia duo capita paucis expediam. Sunt enim ad refutandum facilia & nobis etiam tacentibus ipsa se refellunt.

Affertor proponit Sanctitatem seu notam certissimam, qua scilicet Rom. Ecclesiam discernamus. Sed veritus ne Sanctitas sit litura potius, quam nota Ecclesiæ Rom. statim ab initio laborat in explicando vocabuli Sanctitatis Etymologia. Primum negat Ecclesiam vocari sanctam propter solos Sanctos, ne videlicet Reprobos excludere videatur: quod ego in Theologia non vitium, sed scelus aliquod & flagitium esse confirmo. Quare mirum non est, si dubius atque hæsitans pedem ubi figat, non

*Non iam er  
ror sed fa  
gitium Affer  
toris.*

habet, ex Affertore factus Academicus. Etenim que hic dicit, sunt dubitantis potius quam disserentis: ne dum afferentis. At ego sineulla dubitatione, certissimis Scripturæ testimoniis frustus, affirmo, Ecclesiam vocari Sanctam, propter solos Electos. Quanquam enim Ecclesiæ parti-

particulares in quibus Reprobi cum Electis  
versantur, vocantur sanctæ: id sit tamen pro-  
pter solos electos ibi positos: qui quum nobis  
perspecti non sint, charitas autem nos iubeat  
de omnibus, quoad eius fieri potest, bene spe-  
rare: idcirco nōēm Sanctitatis omnibus tribui-  
mus, ut supra diximus cap. 4. sed id omne quidē  
lucidē uno verbo Paulus explicat quum ait. O-  
mnia sustineo propter electos, inquit: Ecclesiā 1. Tim. 2.  
autem vocari Sanctam propter electos, patet  
ex locis sequentibus.

Omnibus qui Romæ estis, dilectis Dei, vo- *Rom. 1.*  
catis sanctis.

Ecclesiæ quæ est Corinthi, sanctificatis in 1. *Cor. 1.*  
Christo Iesu, vocatis sanctis.

Spiritus Dei interpellat pro Sanctis.

*Rom. 8.*

Elegit nos ut simus sancti.

*Eph. 1.*

Vt tisteret eam sibi gloriosam Ecclesiam non *Eph. 5.*  
habentem maculam aut rugam aut quicquam  
eiusmodi, sed vt esset sancta & inculpata.

Vt sciatis quæ sit spes vocationis ipsius & *Eph. 1.*  
quæ opes gloriæ hæreditatis ipsius in San-  
ctis.

Ad consummationem Sanctorum &c. donec *Ephes. 4.*  
euadamus omnes in virum perfectum.

Induimini ut Electi Dei, Sancti & dilecti, vis *Colos. 3.*  
ceribus miserationum, Genus electum, gens 1. *Pet. 2.*  
sancta, populus quem ut proprium vendi-  
cat.

Qui idoneos nos fecit ad participandam for 1. *Col. 1.*  
tem Sanctorum in luce. Quum venerit ut glo- 2. *Thes. 1.*  
rifietur in sanctis suis.

1. Thess. 3.

In aduentum Christi cum omnibus Sanctis eius. Et similia sexcenta quæ istum temerarium Assertorem è Theologorum theatro palam explodunt. Quinetiam à veritate fugiens cogitur, nihil tale cogitans, ad veritatem ipsam redire. Nam quod ait dubitans, Ecclesiam dici sanctam quia sanguine Christi tincta est, ad electos referendum est, siquidem, (ut iam dubitare desinat) credit Petro, ita de Sanctis ac fidelibus loquenti, Dilectis, inquit, secundum prænotionem Dei Patris ad sanctificationem Spiritus per obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Sic autem Apostolus ad Heb. Accessistis ad conuentum primogenitorum qui conscripti sunt in cælis &c. & ad novi Testamenti mediatorem Iesum & sanguinem aspersionis &c. locus etiam ab ipso citatus eum refellit. Sic enim Apostolus, Sanguis, inquit, Christi purgabit conscientiam vestram à mortuis operibus ad seruendum Deo viuenti: Quod ad Reprobos non posse transferri manifestum est, ut etiam explicat idem Apostolus in illo ipso loco: ut vocati (inquit) promissionem accipiant æternæ hereditatis.

Assertor idem nobiscum dicit, nihil tale cogitans.

Præterea dum ait in secunda sua dubitatione, Ecclesiam vocari Sanctam quia Sancti non reperiuntur extra Ecclesiam, idem nobiscum dicit, si modò quæ dicit, intelligat, & si norit ex arte differendi, rectè ~~appuluerit~~. Nec enim ita nisi valde imperite dicitur: Ecclesiam vocat, Sanctam, quod Sancti non sint extra Ecclesiam siquidem didicimus denominations petendas

petendas esse non ex iis quæ non sunt, sed ex iis quæ sunt. Quamobrem ita dicendum est. Ecclesia vocatur Sancta, quia sancti sunt in Ecclesia. Atque hoc est, mi Assertor, quod nos totidem verbis dicimus. Sed iam expendamus ille quod ait te malle, nēpe Ecclesiam dici Sanctam, propter fidei sanctitatem. Atqui hoc etiam modo rursus ad nos transis, & causam agis Electorum. Etenim, si propriè loquimur, fidei sanctitas non ad Reprobos pertinet, sed ad Electos, licet eam Reprobi verbis profiteantur: cuius rei testem produco locupletissimum, Paulum de sanctissima Ecclesiæ fide ita loquētem: Paulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundūm fidem Electorum Dei & agnitio- nem veritatis quæ est secundūm pietatem, &c. Et quod addis de membris Ecclesiæ inter se coalescentibus, conuenit Electis, non autē Reprobis, nisi nouum quoddam loquendi genus usurpes. Cæterūm, fideles vocari Sanctos propter solam fidei sanctitatem, fateor me nusquam in Sacris literis legisse: sed video passim nobis simul & fidei & virtutis sanctitatem, coniunctim commendari. Quod sit ut quod in Symbolo confitemur de sancta Ecclesia Catholica & de Sanctorum communione, veteres, non ad solius fidei, sed ad charitatis etiam coniunctionem referant: neque puto, mi Assertor, te existimare cum ea Sanctorum communione quam in Symbolo confitemur, aliquid Reprobis esse commune. Recte enim veteres obseruant hæc

quatuor in Symbolo, Ecclesiam sanctam Catholicam, Communionem Sanctorum, Peccatorum Remissionem, denique vitam æternam: Hæc inquam quatuor arctissimè inter se cohærere. Quæ quum ita sint, iam tibi eripiamus tuam istam *iπ·zην* Academicam, ac deinceps nobiscum certo statuas, Ecclesiam dici Sanctam, quia (ut Paulus ait) iustificatur & sanctificatur à Christo, cuius beneficium per efficaciam Spiritus Sancti & veram fidem recipiens, studet sanctitati atque iustitiae. Sed age ecquam argumentatio tua vim habeat, si placet, consideremus. Ergo tibi verius videtur, sanctitatem fidei esse Ecclesiæ notam: quod tamen nulla ratione subiecta probas: nisi quoniam fideles vocantur Sancti. At quodnam tandem est istud ratiocinandi genus? Fideles ( inquis ) id est, quos vulgo fideles appellamus, Scriptura saepissime vocat Sæctos. Ergo Ecclesia dicitur Sancta propter sanctitatem potius quam propter aliam rationem, Istud recte concludendi genus vestram Sodalitatē redolet. Nam perinde est ac si dicas: Ecclesiam vocari Sanctam, quia Ecclesia vocatur Sancta. Sed in alio lôgè grauius peccas. Supra cap. 5. Protestantes exagitabas, quod pro notis Ecclesiæ integratatem doctrinæ & syncerum Sacramentorum usum constitueret: & has notas tanquam Ecclesia ipsa obscuriores recieciisti. Obscro te, videamus an forte nunc velis cum Protestantibus in gratiam redire: qui Sanctitatem fidei pro nota Ecclesiæ nobis assignes. testantium. Nam abs te puritatem doctrinæ sic intelligi vel

*Assertor  
confirmat sen-  
tentiam Pro-  
testantium.*

vel ex eo patet, quod paulò post nobis obiicis errores longè maximos in doctrina: quippe calumnians id quidem, & planè mentiens. Quintam, quomodo fidei Sanctitas sine paritate doctrinæ sinceroque Sacramentorum vnu intelligi potest? Hæc enim duo annon tibi paria videtur esse, atque *ιστδωματα*. Tūque adeò qui tantopere rebus externis delectaris ut ex iis Ecclesiam nobis demonstrare velis: ecquibus oculis Sanctitatem fidei conspicis? quibus digitis eam attræctas? qui sit ut doctrinæ puritas tibi obscura videatur (hoc enim ante obiiciebas) quin simul tibi obscura sit potissima saltem pars huius fidei sanctitatis quam nunc proponis? At (ut quod verum est fatear) mihi oculos in Ecclesiā Romanam coniicienti, fidei Sanctitas, siue integritas (paucis fidei capitibus exceptis quæ Satan, partim penitus abolere non potuit partim idcirco retinuit ut eorum colore illitis suis blasphemii speciem veritatis conciliaret) non obscura tantum, sed nusquam visa est. Quare iam ex hac tua argumentatione nos ita in Ecclesiā Romanam argumentemur.

Ea demum Ecclesia in qua est fidei Sanctitas, *Rerorquetur vera est Ecclesia, (inquit Assertor nostram assc-* argu.in Affer  
*torem.*

In Ecclesia Romana non est fidei Sanctitas (quæ impurissimam habet doctrinam, & Sacra menta contaminauit, partim aboleuit, partim commentitia inuexit.)

Quare Ecclesia Romana non est vera Ecclesia.

*De putidis  
Affortoris  
mendaciorum e-  
iusque impu-  
rissimis ac  
monachali-  
bus calumniis.* Cæterum vt probes Sanctitatem fidei nō es-  
se in Reformata Protestantum Ecclesia , pro-  
fers horrenda quædam mendacia , & conuicia  
quæ certè ex nullius vñquā, nisi Monachi alicu-  
ius ore putido proficiisci potuissent. Sed quia vt

*Horn. 10. ad  
pop.*

scitè olim dixit Basilius, In contumeliosum re-  
uertitur contumelia: tuæ sunt istæ, non nostræ  
blasphemiae, quas propterea in tuum caput re-  
iiciimus: Denique vt scias quid credamus, extat  
nostrarum Confessionum harmonia, vnde, quæ  
fit Ecclesiæ Reformatæ fides discere debuisti:  
potius quæ lacerare doctissimorum aliquot vi-  
rorum scripta, quæ nobis tacentibus, satis ipsa  
fese à tuis impurissimis calumniis vēdicabunt.  
Verum enim uero quum velles fidem nostram  
redarguere, miror, te non ea protulisse quæ sunt  
inter nos & Ecclesiam Rom. controuersa. Ex-  
pectabam enim dum dices, fidem nostrā non  
esse Sanctam, eò quod damnamus Romani Pon-  
tificis Principatum, quod idola vestra reiici-  
mus, externum Missæ vestræ sacrificium repu-  
diamus, vestri Purgatorij flamas extinguimus,  
denique vastam illam Superstitionū errorūm-  
que vestrorum molem à ceruicibus nostris re-  
pellimus. hæc, inquam, omnia putabam te com-  
memoraturum. Sed, vt coniicio, illa tibi Sancti  
tati fidei obesse visa non sunt. Sed haec tenus de  
Sanctitate quæ Rom. Ecclesiam probare non  
potest, siue Sanctitas in fide spectetur, siue in  
moribus.

THESES

## THEISIS LXXI.

**P**ostrimum nobis Ecclesia signum est, Unitas, que Septima Eccl. & in Symbolo eidem attribuitur, & in diuinis clesie nota literis inuenitur. Hanc enim significat sponsus in Cœlo Unitas. ticus<sup>a</sup> clamans: Una columba mea, perfecta mea, a C. 6. ver. 5. Hanc etiam expressit Apostolus<sup>b</sup> cum dixit: Unum est corpus, unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestre. Ad hanc etiam unitatem conservandam, datos fuisse à Christo Apostolos, Prophetas, Doctores Paul.<sup>c</sup> docet, ut occurramus, inquit, omnes in Cœlo Eph. 4. 11. unitatem fidei, nec circumferamur omni vento doctrine.

## THEISIS LXXII.

**H**anc autem unitatis notam, iure nobis ipsi Catholici vendicamus, & cum<sup>a</sup> Irenaeo andacter<sup>a</sup> Lib. 4. cōt. verique gloriamur, qui unum & solum verū Deum Valēt. c. 69. Doctorem sequentes, & regulam veritatis habentes Ecclesia Catholica una, eius sermones, de iisdem semper eadem dicimus. Et inde & cum<sup>b</sup> Dino Cypriano latamur, unam esse Ecclesia Patribus cōam nostram, quæ Domini luce perfusa per orbem terrestrem sentiens. rarum radios suos porrigit: unum tamen lumen esse, unitate Eccl. De quod ubique diffunditur, ramos suos in universum desie post terram copia vberatis extendit, profluente largi principi. terrinos latius expandit.

## THEISIS LXXIII.

**D**e aduersariis autem quod<sup>a</sup> Tertullianus de Valentinianis & Marcionitis scribit, andacte scriptione. Et si pronunciamus, Mentiamur se non à regulis suis variat inter se, dum unusquisque prout inde suo arbitrio

K. iii.

modulatur quæ accepit, quemadmodum ex arbitrio ea composuit ille, qui tradidit. Idem licuit Valentiniāni: quod Valentino, Marcionitis quod Marcioni (seu Lutheranis, quod Lutherō, Calvinianis, quod Calvino) de arbitrio suo fidem innouare. De nostro autem adiicimus, Mentiamur si non inter se discordes, cum priscis hereticis unanimis, cum tota antiquitate pugnantes, & in patres contumeliosi existant.

## THEISIS LXXIII.

**Q**uæ ne à nobis asserta potius quam probata vi deantur, singula principium ab eo quod extremo loco posuimus sumpto, demonstremus. Ac Lutherus quidem eorum non modo doctrinam reprehendit, sed etiam cōscientiis onerat & insultatur. Ait enim a Lib. de Ser. alicubi<sup>a</sup>, Patres tot seculorum plane cœcutisse, imperio arbitrio. tissimos fuisse sacrarum literarum, tota vita errasse, b Lib. de Col & nisi ante mortem redacti fuerint, neque sanctos loquacū men salib. apud fuisse, neque ad Ecclesiam pertinere. Et alibi<sup>b</sup> Hieronymus Fidei & vera religionis nefas mel quidem Protestantes in suis scriptis meminit. Origenem iam olim excommunicauit, Chrysostomum nullo loco habeo. Nihil est tumeliosi<sup>c</sup> in Patres.

tutus est Monachus, ego ne pili illum facio. Apologia Philippi superat omnes Doctores Ecclesie, & ipsum Augustinum. Et rursum in Genesin<sup>c</sup> scribens, ubi contra Pontificij sancti, in levibus causis impatiensissimi sunt. quam impatiens est ipse Hieronymus<sup>d</sup>. Et in cap. 22. d. Quin te Hieronyme concubamus cum tua Bethlehem, cucullo & deserto. Et

c In e. 20.  
pag. 272.

in

in<sup>e</sup> cap. 31, *Impia hac & Diabolica vox est Hierony* e Pag. 466.  
 mi. & in c. 42. f *Gregorius fons & auctor est fabula-* f Pag. 631.  
*rum de purgatorio, & missarum pro defunctis. Et*  
*Gregorius & admodum tenuiter cognovit Christum,* g In c. 49.  
*& verbum Euāgely. Benedictus<sup>b</sup>, Franciscus, & a-*  
*lij Monachorum Patres cum Abraham comparati*  
*mera stercora sunt. Et Franciscus stultus fuit<sup>i</sup>,* & h In c. 12.  
*stigmata ex inani gloria sibi impressit<sup>k</sup>. Quid quod i* In c. 31. p.  
*nec ab ipsis Christi Apostolis se abstinet?* <sup>l</sup> Petrum e- 164.  
*nim tanquam fanaticum, loqui ait verba talia, que k* In comm.  
*ne hodie quidem à nobis intelligi possunt<sup>m</sup>, Paulum* c. 6. ad Gal.  
*vero expresse hereticum vocat, & plane, ut appareat,* <sup>p. 438.</sup>  
*serio.* <sup>l</sup> In c. 6. Ge-  
*nes. p. 104.*  
*m In comm.*  
*c. 6. Epist. ad*  
*Gal. p. 435.*

## THEISIS LXXV.

**N**ec minus impudenter de Patribus Philip-  
 pus, Magistrum sequuntur, qui in lib. de Eccle-  
 sia<sup>a</sup>, omnes Patres errasse, fuisse conatur ostendere, nec <sup>2</sup> Ab initio  
 tamen alios errores afferit, quam sanctissima Ecclesia & deinceps.  
 dogmata, que hodieque tenemus. Et in Epistola <sup>1</sup>. b In respon.  
 Cor. cap. 3. ab initio Ecclesia dicere non veretur, scri ad Ant. 6 Ba-  
 ptizes veteres obscurasse doctrinam, & mysteria narice in-  
 Fidei, auxisse Ceremonias, & fixisse peculiares quis. tom. 1.  
 cultus. <sup>p. 364.</sup>

## THEISIS LXXVI.

**T**antundē ait de omnibus, como omniū male-  
 dicentissimus Ioannes Caluinus, qui <sup>a</sup>, Patres  
 quadam superstitionis semina iecisse, & occasionem <sup>a Lib. 4. In-</sup>  
 Tyrannidi, que postea exorta est præbuisse, non sicut. 9.  
 K. iiiij.

b. L.2.c.2. dubitat assuerare. De libero arbitrio, quod cum Ecclesia docuerunt, frigidam, & deformatam Theolo-

c. L.3. c.4. giam aut tradidisse, in doctrina de satisfactione er-

d. L.3. c.5. rasse turpiter, in oratione pro defunctis, & man-

dato Dei, & legitimo exemplo destitutos fuisse, in-

*Quesitione de sacrificio Missæ Iudaicum sacrifican-*

e. L.4.c.18. di morem imitatos, in ieuniis fuisse superstitiosos,

sect.11. f. immodica severitate peccasse, quod plus requirant

g. L.4.c.12. in Episcopo, quam Paulus requirat, ac presertim

h. L.4.c.4. successu temporis cœlibatum: & alia profert his si-

milia innumera, que pia aures ne audire quidem

sustinent.

### THEISIS LXXVII.

**I**N quibus omnibus quid facit quæso aliud, quam nostram Ecclesiam, cum primitua illa eandem, suam autem Patribus ut dissentientem, aliam, atque diuersam ostendere? *Quod idem clarissimus Magdeburg. faciunt in singulis Centuriis, adum studiose annotant & etiam reprehendunt in unius cuiusque seculi Patribus ab ipsis Apostolorum temporibus,*

*que modo Ecclesia Catholica amplectitur. Omitto*

b. Libro de quæ de Augustino Snepfius: de Hieron. Spangenbergius, & de omnibus Patribus Pomeranus, Erasmus, Alberus, David Cythreas impissime scripsit. In Ionam. psere. Sanctorum interim Patrum, (quatumuis ringatur insidia) & venerabilis erit memoria, & in

f. L. De Studio Theologiae reclite in-

thouando.

### THEISIS LXXVIII.

**A**Quibus verè Orthodoxis quantum dissentunt, tantum, ut preclaris absurdorum dogma-

tum

tum architecti, hereticis omnibus astipulantur, eo-  
rum sequuntur doctrinam, exosculantur errores. Ac <sup>b</sup> Iren. l. 1. cō-  
in primis solam fidem ad salutem satis esse volunt, <sup>c</sup> Val. c. 20.  
in eaque iustitiam consistere: quod idem & Simon <sup>b</sup> d L. 3. de he-  
Magus, & etiam <sup>c</sup>. Eunomius voluerunt <sup>d</sup>. Reiciunt ret. fabulū.  
sacrum Chrisma: reiecerunt & Donatista, & No- <sup>e</sup> Hieron. cō-  
nati: Sanctorum cultum, reliquias, & imagines tū. Nicena  
non tolerant, nec Vigilantius <sup>e</sup> nec Iconoclasta tole- Synod. 2.  
rarunt <sup>f</sup>. Orandi & sacrificandi pro defunctis con- <sup>f</sup> Heres. 53.  
suetudinem insectantur: Infectati sunt Aeriani, xe Damascen.  
naias & Armeni. Negant & execrantur Missa sa- Niceph. L.  
crificium, negarunt & execrati sunt & Petrobusiani. 16. hist. c. 6.  
Verba <sup>h</sup>. Dominice cœne ad Tropum Symbolūm- Protestantes  
que referunt, & mandationem spirituale urgent, apriscis here-  
Et retulerunt, & uferunt Berengarius & Vicleui- ticiis sua do-  
stæ. nullum voto locum concedunt, aut virginitati: gnata mu-  
nec <sup>i</sup> Iouianianus Hareticus concessit. <sup>k</sup> stat a celebra <sup>g</sup> Petrus Clu-  
ri ieunia nolunt, sed pro arbitrio cuiquam ieunan- ni acē. l. de sa-  
dum censem: nec Aeriani voluere. crificio Missa  
<sup>h</sup> De cōfcre-  
tione. d. 2. In  
Articulis Ro-  
me. Paris,  
& Oxonie  
damnatis.

## THEISIS LXXIX.

**C**Oncupiscentiam in renatis semper uiuere, ve-  
rō que esse peccatum, nec tolli per Baptismum, <sup>i</sup> Hieron. cō-  
sed sopiri per fidem tradunt: idem Proclus & Mes- tra Iouin.  
saliani tradidere. Non <sup>a</sup> expedire omnia Chri- <sup>k</sup> Epiphani.  
sti causa relinquere, pauperibus dare, & ad religio- her. 75. Au-  
nem se conferre contendunt: contendit & ante eos <sup>a</sup> Epiphani.  
idem Vigilatius hereticus. Veterem Ecclesiā veluti <sup>b</sup> Hieron.  
in fide & doctrina errantem deserunt, ad cōque de or. contra Vigili-  
be terrarum periisse proclaimant: & deseruere olim lantum,

**b** Augusti. & b. Donatistae, & idem proclamauerunt. Solam scri-  
tum vnit. P. c. pturam in controversis fidei questionibus indicem  
elef. & pas- statuunt, traditiones non scriptas respuum penitus,  
futi contra Donat. Respuerunt olim Ariani, Eunomius, & quotquot  
c Theodore- fere heretici unquam extiterunt. Hac atque alia, ut  
tus l. i. Eccl. suam cum veteri Ecclesia unitatem comprobent, pro  
hisi. c. 8. Ba- fil. l. de spir. testantes nostri, cum sanctis scilicet & iam pridem  
5. damnatis suis patribus tueruntur ac defendunt: ab o-  
mnibus recipi volunt, Euangeli nomine impuden-  
tissime venditant.

## THEISIS LXXX.

**Q**uae quū ita se habeant, quis eos inter se con-  
cordes esse putet? precipue cum ita fere nati-  
sint homines, ut quorum imitantur doctrinam, imi-  
tentur & mores. At heretici omnes veteres, semper  
non modo inter se, sed etiam & sibi ipsis dissentientes  
fuere, adeò ut quoties heres exorta in Ecclesia est,  
non fere sola exorta sit. Hunc enim morem habent  
heretici, ut preclarè Epiphanius Diaconus, ut quo-  
ties uno verbo pietatem contempserint, & à via ve-  
ritatis aberrauerint, in multos & varios errores di-  
tabantur. uniformis enim veritas: mendacium au-  
tem in varia distrahitur.

## THEISIS LXXXI.

**T**um etiam iisdem usu venire solet & illud,  
quod viatoribus, si quando à recto itinere deui-  
arint. Ut enim illi, ait quidam, alias ex aliis semit as  
ingredientes vagatur, & errat, nullū peritū regionū  
ducem

ducem fecuti: sic isti duce carentes Ecclesia, quam re  
liquerunt, quū de recte fidei Religionisque curricu-  
lo deflexerint, alia ex aliis impietatis diuerticula  
sunt ingressi, capitibusque dissecti, cuncta vero colli-  
gati, in sola unius sancte Catholica Ecclesia senten-  
tia opugnanda sunt concordes: quod de priscis here-  
ticis grauiissimi auctores memoria prodiderunt. Et  
in primis de heresi Simonis Magi primi heresiarche  
Irenaeus in suo statim ortu in Menandrianos, Ba-  
sylidianos & Saturnianos, diuisam fuisse docet: de  
Donatistarum secta<sup>b</sup>, Augustinus testatur suo etiā  
tempore in minutissima frustra concisam, ac de aliis ptisimo c. 6.  
c. 5. calij integris voluminibus idem comprobarunt.

<sup>a</sup> Irenaeus lib.  
1.c. 21. & L.

<sup>b</sup> L. 1. de Ba-

tempore in minuti-

ssima frustra con-

cisam, ac de aliis ptisimo c. 6.

<sup>c</sup> Epiphan.

in opere Pa-

nario. The-

doret.lib. de

hereticorum

### THEISIS LXXXII.

**Q**VIN & si quis animum ad hęc nostra tempora fabulis.  
conferre, atque in his iūorum factiones intue-  
ri velit, qui se ab una hac sancta Catholica Ecclesia  
segregauerunt, tot omnino inueniet errores, quot ho-  
mines de dogmatibus fidei differentes: aliud Luthe-  
rum, aliud Carolstadium, aliud Zwinglium, aliud  
Ostdandrium, aliud Schuenckfeldium, aliud Illyria Protestan-  
tos, aliud Antinomos, aliud Servetianos, aliud Tri inter se dis-  
nitarios, aliud denique alios docere compcriet: tot-  
que ex uno capite<sup>a</sup> Lutheri prognatas sectas, ut fere  
centesimum attingant numerum: quarum tamen  
singula priuatae habeant opiniones, & discrepantia,  
planęque diuersa dogmata rucantur: omnes autem  
huiusmodi, ut alicubi cum Iudeis, in plerisque cum  
Turcis, in omnibus ferè cum antiquissimis Ecclesia  
hostibus conspirare videantur.

<sup>a</sup> Lege Sta-  
phy. lib. de

Concordia

discipul. Lu-

theri.

Lindani du-

bit. & tabu-

las Analy-

tice.

## THEISIS LXXXIII.

Hosius. l. 1.  
confut. Pro-  
lego. Brentij.  
Georg. Ede-  
rū, Prato-  
lum. alios.

In fine libel-  
li de dispen-  
satione Cor-  
poris & S. A.  
bia supra allata quibus rem ita se habere, ingenuè con-  
guinis Domi fitentur: & Joan. Brentius Lutheranus ex publicis  
contra Bal testimoniosis ipsius Lutheri, Melanthonis & ex histo-  
riæ Joan. Lauatheri de re Sacramentaria clarissime  
glorianum.

**H**Aec autem discordiam atque dissensionem de  
rebus leuibus haud quamquam esse, sed de praci-  
puis Christianæ religionis capitibus, ipsoque, quod  
aiunt fundamento mutua testantur eorundem aver-  
bissima dissidia, clamant cruenta certamina, qui-  
bus alter alterum editis libris coarguit, maxima a-  
nimorum contētione impugnat, cōnicis, maledictis,  
& opprobriis onerat, proscindit, lacerat: demonstrat  
hoc denique ipsorum à veritate extorta voces à no-  
toriis & sc̄n. bis supra allata quibus rem ita se habere, ingenuè con-  
guinis Domi fitentur: & Joan. Brentius Lutheranus ex publicis  
contra Bal testimoniosis ipsius Lutheri, Melanthonis & ex histo-  
riæ Joan. Lauatheri de re Sacramentaria clarissime  
glorianum.

## THEISIS LXXXIII.

**E**X hac unitatis nota, (que Ecclesiam protestan-  
tium nec cum superiorum etatum patribus con-  
spirare, nec in se ipsa unam, indiscretam, atque concor-  
dem existere, luce clarius est demonstratum) mani-  
festè colligitur, totam eorundem multitudinem ad  
veram Ecclesiam pertinere nulla ratione posse. Nec  
enim contradicentia vera esse queunt. Ac proinde si  
Lutherorum secta Ecclesia est, Calvinistarum  
certè esse non potest, & idem de ceteris omnibus: cum  
earum unaqueque diversa dogmata tueatur. que Ec-  
clesie unitati repugnare nemo non videt. Ex eadem  
etiam deducitur, ne sectarum quidem ullam huius  
temporis, Ecclesiam veram efficere, vel ipsis etiam  
iudicibus, quandoquidem nobiscum singula singulis  
Ecclesie & nomen & autoritatem detrahant.

Romanam

## THEISIS LXXXV.

**R**omanam autem è contrario liquet, ac qui ei communicat, per orbem diffusum Christianorum cœtum Ecclesiam Christi Sanctam & quidem solam constitueret, ut potè quæ omnes in uniuersum cretinorum reuiciat ac damnet hereses, eadem semper profiteatur ut<sup>a</sup>, Athanasius ait: neque diuersa sentiat, neque à maioribus dissideat. De iisque ex hac eadem mon. contra nota, qua aduersarij carent, & illud sequitur, eorum oës heresies. Sectas haud quaquam consistere posse dñi, sed ut decu<sup>b</sup> Osee 10.2. manus fluctus, ut Athanasius verbis utar, qui subinde variis ventis agitati, in se se tandem reuoluti, sa<sup>c</sup> diffensio. despumantes evanescunt, disparitatis.

Ecclesiastum

Protestantissimæ  
nullæ, est ve-

ra Ecclesia.

a Lib. de de-

cretis Nice-

na Synodi

cōtra Euseb.

in fine Ser-

neque à maioribus

dissideat.

b Luc. 11.17.

c Inc. 47. Ge-

ne. p. 68 c. &amp;

d c. 14. p. 175.

## THEISIS LXXXVI.

**Q**uis enim alius exitus expectādūs est, nisi quē dñi pref. C. & predixit<sup>a</sup> Propbeta: Dñi sum est inquit cor Ministros eorum, nunc interibūt: quū præsertim à Christo quo Frise. que dictum sit, quòd<sup>b</sup> omne regnum in seipsum dñi in pref. C. & sum desolabitur. Hoc ita fore, eorum precipui, & ipsi turie. 2. & 5. f Nicolaus quasi sibi interitus prouidi, prænunciatunt<sup>c</sup>, Luthe- Gallus. in rius, Caluinus, Centuriatores<sup>d</sup>, alij: & veterum o- Themate de mnium Hereticorum defæctio probat. quorum ut prænat. cōfess. ait Theodoreetus, & Doctrina partim radicitus enulsa August. Til est, partim à semiariidis arboribus nihil differens, in schusus in paucis urbis manet, opera autem, ut in- Epist. de E- clytus Christi Martyr<sup>e</sup> Thomas Morus annota- xorcismo. uit, paulo post cuiusque mortem sic interierunt, ut h. L. 3. heret. bodie nullius antiqui quicquam prouersus extet us- fabularum. quam, ut plane testatum sit ipsius Dei manu factum, ad Ioan. Po- ut hereticorum ielæ, velut aranearum casses, deci- meranū p. 6.

deciderent, & per se neglectae, sordibus & situ exolescerent.

## THEISIS LXXXVII.

**I**psa interim Ecclesia Romana & Catholica quā una sit omnino & sibi semper consentiens, constāter & solidè gubernaculum recte sidet in Cymba A-  
 a Lib. 7. Ep. 44. in princ. postolica tenebit, & intra tot mundi freta, ut Ambrosij uter verbis, tanquam super Apostolicam fundata petram, manebit immobilis, & inconcuso aduersus impetus saeculensis, sili fundamine perseuerabit. Impugnabitur illa quidem, ut ait Chrysostomus  
 b In sermone non tamen vinci poterit: tempestates suscipiet, sed de Pentecoste non demergetur: iacula in eam mittentur, sed non p̄e in fine. perforabitur. Testatur res ipsa, testatur & horū, que  
 Tomo. 3. & Lib. de vili- sunt, astipulatio. Quanti impugnauerunt & nemo  
 litate creden prævaluit? & impugnatores quidem taciturnitati  
 di ad Ho. & obliuioni datisunt, Ecclesia autem quotidie vir-  
 mor. c. 17. pro tutibus augmentatur. Quā igitur rātum auxilium  
 p̄e su. 10. 6. Dei, tantum profectum fructūque videamus, du-  
 bitabimus (ut cum sancto Augustino concludam)  
 nos eius Ecclesie condere gremio, quā usque ad con-  
 fessionem generis humani, ab Apostolica sede per suc-  
 cessiones Episcoporum, frustra hereticis circumlatra-  
 tibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum mai-  
 state damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui  
 nolle primas partes dare, vel summa profecto impie-  
 tatis est, vel pricipitis arrogantia.

CAPUT

## CAPUT XII.

*Analysis Thes. 71. ad 87.*

**E**Ademum Ecclesia in qua est vnitas, est vera Ecclesia.  
**Ecclesia Romana est eiusmodi.**  
**Est igitur vera Ecclesia.**  
**Maior probatur ex his locis.** Vna columba mea, perfecta mea. Item, vnum corpus, viuis spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Item, vt oceurramus omnes in vnitatem fidei, nec circumferamur omni voto doctrinæ. Item. De iisdem semper eadem dicimus, inquit, Irenæus.

*vñitas 7. no  
ta Ecclesie  
ab Assertore  
proposita.  
A Thes. 71.  
ad 87. p. 34.  
Ge. usq;  
ad fin.  
Cant. 5.  
Ephes. 4.  
ibid.  
Lib. 4. c. 63.*

Minor est in promptu. At Protestantes non habent hoc Symbolum Ecclesiae, qui Veteres damnant, & ipsi inter se diuisi sunt, ut patet ex eorum scriptis. Contradicentia autem vera esse non possunt.

**P ARVNDEM THES. REFVTATIO.**

**T**Andem plumbeum illum pugionem quem saepe ostentasti, in nos diltringis, quo vos Monachi vobis egregie videmini Protestantates confodere, dum illis suas dissensiones obiicitis. An Assertor Ergo quanti sit momenti tua isthac argumentatio, videamus.

Sed antequam ulterius progreiar, quia in hac disputatione saepenumero nos cum veteribus haereticis inter se dissentientibus compa-

*cum veteribus  
haeret. inter  
se dissentien-  
tibus recte  
comparari.*

rasti, volo illam tuam calumniam à nobis de-  
pellere. Nam veteres hæretici, cuiusmodi fue-  
runt, Valentiniani, Manichæi, Arriani, Dona-  
tisti nec iisdem temporibus exorti sunt, nec vi-  
lo inter se vinculo fuere coniuncti. At quo-  
quot Ecclesiam Reformatam profitentur, eó-  
dem omnes spectant, idem habent fundamen-  
tum, & coniunctissimis animis vestros errores  
crassissimos detestantur: student Euangelicę ve-  
ritati, non nouam inducentes, sed primam ac  
veram reducentes & quod eius fieri potest in-  
staurantes Ecclesiam. Negas? Ergo pedem hic  
figere te oportuit: quod ni feceris non est cur  
amplius nobis tanquam istorum conuictis repo-  
nas veteres hæreticos, quibuscum nihil vobis  
nec fuit nec est commune.

*Argumentū  
Affortoris ex-  
cutitur.*

Iam accedo ad tuum argumentum. Maior, vt  
proponitur, non est vera. Nec enim unitas, per  
se, veram Ecclesiam demonstrat: sed tantum,  
quatenus est veræ doctrinæ ac sinceræ fidei uni-  
tas: eoque spectant loci à te citati qui etiam de  
charitatis vinculo artissimo loquuntur, ac pro-  
pterea nihil tuam adiuuant sententiam: nisi prius  
euiceris (quod nunquā sanè facies) sinceræ fidei  
unitatē à vobis retineri, qui tamē sincerā fidem  
non habetis. Alioqui veteres etiam hæretici fue-  
runt vera Ecclesia, quorum sectæ vnam eadém-  
que doctrinam sunt professæ. Deinde quia uni-  
tas Ecclesiæ propriè dicitur, eò quod vna sit Ec-  
clesia: & vna est, quia prima inquit Tertullia-  
nus (vt ante suo loco dictum est) relinquitur, vt  
ea demum Ecclesia Christiana habeat veram

*De prescrip-  
ber.*

vni-

vnitatem, quæ primæ, hoc est, Apostolicæ Ecclesiæ doctrinam retinet: quod vos quidem im pudentissimè affirmatis, nos autem constans simè inficiamur.

Itaque (vt ad minorem tuam propositionem accedam) si satis intelligeres quæ sit vera vnitas Ecclesiæ, nunquam eam vel Romanæ Ecclesiæ tribueres, vel nobis denegares: quod vt fiat per spicuum, duo nobis breuiter sunt dispicienda. Vnum, quatenus dissensiones in doctrina tollant fidei vnitatem. Alterum, An propter eiusmodi dissensiones, nomen Ecclesiæ dissentientibus in doctrina non conueniat.

Perfectam igitur Ecclesiæ vnitatem tunc demum futuram statuendum esse dicimus, quum (vt ait Paulus) euademos omnes in virum perfectum, quod (si propriè loquimur) ante diē nouissimum expectādum non est. Nimirum ea est nostri iudicij imbecillitas, vt alias animi nostri morbos præteream, vt in hac vita constituti non possimus, ita vt par est, per omnia consentire, ne in iis quidem quæ intelligimus, ac fouere arctissimum illum consensum qui nobis in Scriptura commendatur.

Veniò ad alterum, & quæro, an propter eiusmodi dissensiones, Ecclesiæ nomen alicui cœtui sit admendum. Arbitror autem ex verbo Dei sic esse rem definiendam: vt si qui in aliqua Ecclesia in fundamento fidei dissentiant & in suo errore sunt contumaces ad vnitatem Ecclesiæ non pertineant, illis nihilominus qui adhærent veritati, vnitatem Ecclesiæ ac veræ Eccle-

L.j.

siæ nomen retinentibus. Quod utrumque, quia  
 à te admitti non dubito, non confirmo plurimis rationibus, quū suam lucem preferat. His  
 ita positis, videamus quām falsum sit quod affir-  
 mas, Ecclesiam Romanam dicis seruare fidei v-  
 nitatem, & Protestantium Ecclesiam esse unitate fidei destitutam. Nos utrumque illud falsum  
 esse affirmamus. Quū enim Ecclesia Romana ab  
 Apostolorū doctrina & ab ipso fidei fundamento  
 descivierit (quod ostendere paratis sumus & si fal-  
 so à nobis dicitur, prius oportuit nos eius falsita-  
 tis à te coargui quā, vt tu facis, aduersū nos quali  
 falsi coniunctos, colligere) errorēsque suos mor-  
 dicus retineat: certe ad unitatem Ecclesiæ mi-  
 nimè pertinet. Quod autem ad nos Protestan-  
 tes abs te vocatos atinet: quid tandem affers,  
 quamobrem illi non habeant fidei & Ecclesiæ  
 unitate? Dissentiūt, inquis, inter se, quam dissen-  
 tionē probas exceptis nonnullis ex aliquot do-  
 CTORŪ scriptis. Atqui de ipsis Ecclesiæ Reformationē  
 fidei nō iudicandū est ex aliquot priuatorū  
 virorū scriptis (nec enim id velitis in vestra Ec-  
 clesia fieri) sed ex ipsis si leī nostræ Confessioni  
 bus. Consule igitur (si tibi sic videtur) harmonia  
 Confessionū Ecclesiæ Reformatiæ, & nisi impudē-  
 tissimus esse velis, cōcordes esse nos magis inue-  
 nies quām speres vel optes. Sed video quid tibi  
*De disci-  
pūta eorum  
 qui Reforma  
 tam Eccle-  
 siam profiter-  
 uer, in capite  
 De Cœna  
 Domini.*

id

id de quo adhuc cōtrouertitur, ex vestræ Trāf substantiationis cloaca veluti deductus riuis, ex quo mirum non est ne nunc quidem enata re nonnullos non potuisse. Speramus autem Dominum hoc quoq; aduersum vos concessum bonorum & moderatorum hominum prebus & lacrymis, vt hie quoque breui abstefis omnibus tenebris consentiamus. Sed tūne ob illam dissensionem nobis vel vnitatem Ecclesiæ vel verum Ecclesiæ nomen eripies? Primum nego quod ad hanc controvēsiā attinet, ullam esse dissensionē in ipso fidei fundamento. Omnes enim Sacrosanctam Cœnam à Iesu Christo Ser uatore nostro institutam, & piè summāque reuerentia fidelibus celebrandam, & in ea fideles corporis pro nobis traditi & sanguinis Domini pro nobis effusi verè fieri participes, credimus. De re igitur constat: de modo, cōtrouersia est: quod alij ipsū Christi corpus, nō tantūm Sacra mētaliter, sed etiā re ipsa adesse cum pane existiment: alij doceant ipsum Christi corpus re ipsa & essentialiter nūc alibi nō esse quā in cœlo, sed symbolis vsq; adeò efficaciter nobis represen tari, vt nihilominus per Christi potentiam ac virtutem, credentes fiant spirituali modo per fidem illius corporis & sanguinis verè participes: non vt corpora nostra Christi Corpus con tingant, sed vt ex ipso vitam æternā hauriamus.

Tūne igitur propterea nobis nomen Ecclesiæ *Assertor* abrogaris? Ego verò, mi Assertor, volo te ipsum *Protestantum* aduocatum adhibere, vt (quanquā innitus) hanc *patronus,* tamen nostrā causam agas. Credo te meminisse *quanquam* quid suprà scripseris, à me capite quarto com-

memoratum: quum affirmares Galatas licet errore magno deprauatos, ac etiam Corinthios fuisse nihilominus de Ecclesia. Atqui inter Corinthios erant hæreses ( inquit Paulus ) ipsique Corinthij factionibus non carebant: quinetiam illic non deerant ( vt paulò ante dixi ) qui negarent futuram mortuorum resurrectionem: quod qu idem esse caput vel unum ex præcipuis Religionis Christianæ, nemo Christianus dubitat. Te igitur pro nobis disputantem ita inducamus.

Si Galatæ & Corinthij quamvis errore deprauati, ac de præcipuo fidei fundamento, nec de modo, sed de reipsa inter se dissidentes, tamén Ecclesiæ verè nomen retinuerunt: quantò minus dissensio de aliquo Sacré Domini Cœnæ capite inter eos qui Reformatā Ecclesiam profitentur oborta, efficiet ut ipsis nomen Ecclesiæ adimatur? Quinetiam si huiuscce nostri insti-

*Veteres dissensiones in Ecclesia, non men Ecclesie non sustulerunt.* tuti ratio pateretur, proferrem vetustissimam illam disceptationem de ceremoniis Mosaicis retinendis, quæ diu multumque Ecclesiam runt.

*Act. 14. 15.* Paulo reprehenso, quum ille sese à Gentibus subduceret ac separaret. Commemora-

*Vide Euseb.* rem præterea Occidentales Ecclesias olim ab reliq. hi- Orientalibus non modò dissidentes, verume- storiogr.

*Vide Cypr.* tiam diuulsas, quum ageretur de Die Paschatis celebrando. Vrgerem etiam Africanas Ecclesias

*ad Iubaia.* Cypriani temporibus de baptizandis hæreticis *Oracta Syn.* ab reliquis Ecclesiis dissententes. Ac, si ad ipso

*Afric.* rum Doctorum scripta deueniendum esset, af- ferrem

ferrem veteres disceptationes de peccato ori- *Vide Epist.*  
 ginis: de origine animarū: de Petro reprehenso *Augustini*  
 à Paulo: de quibus rebus & plerisque aliis gra- *& Hiero-*  
 uissimi olim Ecclesiæ Doctores inter se coten- *nymi.*  
 derunt. Quinetiam, si res postularet, veterum  
 Doctorum, ut Origenis, Tertulliani & aliquot *An Prote-*  
 aliorum errores recenserem, ex quibus omni- *stantes dam-*  
 bus nomen Ecclesiæ nunquam propterea adem *nent Veter-*  
 ptum est piis & Orthodoxis Christianis. Neq;  
 nos, propterea veteres dānamus. Hoc enim e-  
 tiam obiiciebas. Nam apud nos autoritatem  
 eam habent, quam ipsi postulat, dum eorū scri-  
 pta ad Sacrarum literarum regulam dirigimus,  
 eorūque nāuos ita manu obtegimus, ne pos-  
 fint officere veritati. Tu verò, mi Assertor, qui  
 nobis vnitatem Ecclesiæ Catholicae tentopere  
 commendas, quid dicturus es de Græcis Eccle-  
 siis, de Pontificis Rom. primatu, de Purgatorio  
 ac de permultis aliis ab Ecclesia Romana discre-  
 pantibus. Dices nimirum extra Ecclesiā esse. At  
 nos minimè vobis assentiemur. Atq;, vt ad rem  
 ipsam proprius accedamus, num ignoras quo-  
 ties Ecclesia vestra fuerit confictata Antipapis  
 identidem emergentibus, quorum quisque se  
 gerebat pro capite Ecclesiæ Catholicae, & riu-  
 lem suū non solum anathematū fulminibus, sed *Dissentiones*  
 armis etiā impetrabat? Nō tenes quoties alij *Ecclesia Ro.*  
 rum acta, ne Gregorij quidem libris exceptis,  
 Papæ vestri resciderint? Oblitus-ne es nondum  
 inter vos cōstare, vtrūm Papa sit supra Cōciliū,  
 an cōciliū supra Papā? qua in re(ne erres)me-  
 ministrin' quandiu durarit Monachalis illa con-

trouersia: fuerit-ne virgo sanctissima in peccato originis concepta? Illa verò de maximus rebus contentiosissimè nuper admodum Romæ inter Caletanum, Catharinum, Sotanum & alios agitata, & editis scriptis prodita, an non adhuc indecisa permanent? Ecquis verò Scotū vel Durandū cum Aquinate, Occamistas, Reales, & Nominales inter se vñquam conciliarit? Quum antea nobis Arianos, Sabellianos, Anabaptistas, & alia eiusmodi monstra obiicitis, quo pudore istud facitis, quum hos ipsos nulli acrius quam nostri oppugnet? At ex vobis, inquies, exierunt. Nempè, vt inquit Ioannes, quia ex nostris non erat, neque sunt. Quod si te tuosque Sodales ac innumerabiles alios Monachorū greges oculis nulla animi perturbatione suffusis velis intueri, quot quantasque in rebus omnibus contentiones, quot dissidia reperias? quam meritò illud ~~etiam~~ usurpare possis, Cōtra dicētia simul vera esse nō posse? Sed ne sim longior, quandoquidē imprimis dissensionē in capite De Cœna Domini nobis obiicitis: ego vicissim tibi tuisque Monachis obiicio, multas ipsorum ac varias trouersias non de Cœna Domini, sed de sua Transsubstantiatione: quam habent illi pro fidei Romanæ fundamento, de Cœna Domini nihil curātes. Ecce igitur pfero quæstiones inter vestros Scholasticos agitatas ac nondū definitas. Nēpe, An in Trāssubstantiatione, panis substantia annihiletur, an resolutatur in materiam primam, aut conuertatur in corpus Christi. Item: an verum Christi corpus sub

*Cōtrouersia  
Pontificio-  
rum de sua  
Transsubstā-  
tatione.*

*Scotus in Re-  
port. Can.  
Ego Beren-  
garius de Cō-  
sec. dīl. 2.*

sub panis accidentibus frangatur manibus ac *Scot.in Rep.*  
 dentibus atteratur: quod Nicolaus Papa & Cō *Thom.opusc.*  
 cilium Romæ hac de re habitum statuit & cre-  
 dendum tradidit Berengario: cui dogmati ple-  
 rique omnes Pontificij contradicunt. Item, An *Scot.ubi sup.*  
 corpus Christi in Eucharistia sumptum ex ip- *Lomb.I.4.c.*  
 sius sumentis ore statim in cœlum redeat. Itē, *12.*  
 vbinam fundentur accidētia panis, & vtrū sint *Thom.3.*  
 planē sine subiecto an verò fūdētur in aëre. Itē, *quest.74.*  
 An aquavino in calice admixta trāssubstātietur. *Can.Qui be-*  
*ne de cons.*  
 Item, Quid-nam comedant mures Eucharistiā *Dif.z.*  
 corrodentes. Item, vnde nascantur vermes in *Thom.ubi*  
 Eucharistia quandoque existentes. Et infinitæ *sup.¶c.*  
 proptermodum eiusmodi q̄æstiones, quibus di-  
 gnè, scilicet, argumentum de Cœna Domini  
 tractant. Quamobrem, quum apud vos caput  
 illud Doctrinæ de Transsubstātiatione tot q̄æ-  
 stionibus, difficultatibus, dubitationibus scate-  
 at nondum hactenus definitis, & nūquam post  
 hac definiendis, obsecro te, Monache, vósque  
 adeò, omnes Monachi Pontificij, quoniam ore  
 nobis, obiicere audetis vnā de Cœna Domini  
 cōtrouersia? Imò vos potius maiorēsq; vestros  
 accusate, qui tot ac rā crassas tenebras sanctissi-  
 mo huic mysterio obduxistis, vt difficillimum  
 fuerit illud in suum pristinum splendorem re-  
 stituere. Nam quæcūque tandem est inter Pro-  
 testantes hac de re controversia, eò certæ o-  
 mnes spectant, vt sublatiss vestris erroribus, Sa-  
 crosancta Domini Cœna ex purissimo ipsius  
 Christi instituto celebretur. Vos autem dum  
 propter ea nos insectamini, similiter facitis, vt *Pontificij po-*  
*tius quam*  
*Protestantes*  
*aenfandi.*

si quis Medicos de grauissimo aliquo vulnere curando (ut ferè fit) inter se disceptantes accuset potius, quām eum qui vulnus inflixerit. Etenim, vt locum hunc de vnitate Ecclesiæ tādem concludamus, Ecclesia Rom. eiūsque satellites *Qui sit Mo-*  
*uachorum cō-*  
*sensus.* Monachi, licet multis in rebus inter se dissentiēt, in hoc tamen consentiunt quod pios homines veritatis Euangelicæ studiosos, ipsamque adeò veritatem, coniunctis animis & viribus, opprimere conantur. Præstiterit autem de vulnere curando aliquando disceptare, quām ad vulnus inferendum exitioso consensu currere: quę est (vt tibi ad extremum aliquid largiar) vnitas illa Ecclesiæ Romanæ nota certissima.

*Summa to-*  
*tius disputa-*  
*tionis.* Quę quum ita sint (est enim totius huiusc disputationis summa quædam facienda) concludimus Assertiones Posnanięses, licet Theologicę inscriptę sint, nō esse veras, ac proinde ne Theologicas quidem: quarum *wp̄ator̄* *ψινδο̄s* & error primarius, vnde reliqui manarunt (quem nos ipsa recte ac Theologicè differendi scientia iubet ante oculos constituere, in accurate disputatione *ἀνανθεσθη̄*) hic est: quod Assertor existimauit, ex nudis qualitatibus externisque accidentibus posse nos veram alicuius rei cognitionem comparare. Ac propterea interroganti, quānam sit vera Ecclesia: respōdet, Ecclesiam esse Claram, Amplam, Diffusam, Antiquam & cetera eiusmodi, quæ ad exteriores qualitates pertinent: similiter faciēs, vt si interrogarem, quis nam verus homo dicendus sit,

mihi

*Assertoris*  
*wp̄ator̄*  
*ψινδο̄s*

mihi respōderet, esse album, magnum, iuuenē,  
diuitem & cōsimilia quæ non ad rei veritatem,  
sed ad externas qualitates referuntur. At quan-  
do volumus verum à falso discernere, non hæ-  
rendum est in accidentibus: sed ad intimam ip-  
sius rei essentiam perueniendum est, ex qua du-  
citur vera alicuius rei cognitio. Henc errorem  
Philosophi vocant *παρὰ τὸ οὐμέβηντος.*

Quamobrem nos ex verbo Dei ita statua-  
mus, veras Ecclesiæ Christi notas, non ab exte-  
rioribus rebus petendas, sed ab iis rebus depro-  
mendas esse, quibus Ecclesiæ substantia conti-  
netur. Ac propterea Claritatem, Diffusionem,  
Antiquitatem, visibilem Episcoporū successio-  
nem, non esse veras, nec certas Ecclesiæ Catho-  
licæ ac verè Christianæ notas (quod tamen Af-  
fertor efficere voluit, nec effecit) sed Doctrinæ  
puritatem, ac legitimam Sacramentorum admi-  
nistrationem esse certa signa ac *τιμῆσαι* veræ  
Christi Ecclesiæ: cui sese adiungere debet quot  
quot haberi volunt veri Catholici, hoc est (vt *De vera R.*  
*hanc disputationem* verbis Augustini conclu-  
damus) Orthodoxi, integritatis custodes & re-  
cta sectantes.

L A V S D E O .

## Errata sic corrigito.

Pag. 5.lin.19.lege dispicias. 6.14. eorum male dicentiā.  
7.1. nos assertimus. 12.30. te gere. 15.14.nx proponit.  
18.20.nec Christianā.ead.25.ātādīrīrī.19.27.literis exer-  
citati.25.26.vt nouas. 26.19.qux.32.25.soli que el. Et. 36.11.  
particulari.37.4.doctinam corrupterant. 38.5. supped tās.  
ead.7.reprobos. 40.22.& Reprobī. 41.9. Hac tentiū.  
42.4. Ecclesia.44.7.congregata. 45.5.pastoris.49.12.dixi-  
mus.50.1.peruaderet. ead.9.accommodemus. 53.3.advisor.  
53.13 del.vt.ead.17.arcessenda.59.10.per Scripturas. 61.32.  
vero. 89.18.fuisse. 98.33.spreta reieclaque. 99.2.censuit.  
100.23.aluisse. 102.8.inscriptionem. 107.9.quicquam.  
110.14.ab. 112.8.fine. 114.20.separari. 117.16.extruxisse.  
125.6.euangelizariunt.ead.11.baptizavit Enuchum. 129.1.  
Priesbyteris.132.3.inficiati.134.24.suspicitis.142.17.expli-  
canda. 143.6. nomen. 144.30. Ecclesiam vocari. 146.  
21. istud certē. 147.7. iorūrūpēc. 148.14. vindica-  
bunt. 155.16.illorum. 160.15. nihil nobis. 161.30. sint.  
162.13.conuictor. ead.19.dissensionem probas exc:tp:is.  
163.6.precibus.165.16.tātōpere. 166.19.āxiāqua.167.28.cer-  
tē.Reliqua(sī qua fuerint)lector candidus facile animad-  
uerteret.

